ARISMINI TEPATI



COMPENDII DECISIONUM ET VARIARUM SENTENTIARUM JURIS CANONICI CIVILIS ET CRIMINALIS

PARS SECUNDA.



COMPENDIUM JURIS DECISIONUM, ET SENTENTIARUM, QUIBUS IN PRAXI JURIS-CONSULTI UTUNTUR,



PARS SECUNDA.

De Judiciis Criminalibus, & de his, quæ ad criminalem Praxim pertinent.

TITULUS CCLXXXIV.

De accusationibus, denunciationibus, & querela.

Generalia.

De materia accusationis, *vide in tit. C. si reus, vel accusat. mort. fuer.* ¶ De materia accusationis, qualiter in illa sit procedendum, & de pœnis accusatoris, *vide per D. Sol. in constit. antiq. Sabaudia fol. 159. & decretum ibid. per illum relatum, cum decreto criminali, titul. dell' accusatore, & denunciatore, fol. 7.*

Cap. I. Accusatio: denunciatio: Querela. Quid sit.

Accusatio quid sit, qualis ejus forma, & quæ in illa requirantur, *vide per Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. quæst. 12.* ¶ Interruptio non requiritur in denuncia, sicut in accusatione. *Gram. decis. 39.* ¶ Accusatio est remedium ordinarium; inquisitio extraordinarium. *idem Clar. quæst. 3. §. fin. in sua Pract. crimin.* ¶ Querela contra aliquem instituta, vim accusationis dicitur obtinere. *Gram. decis. 39. num. 7.*

Cap. II. Qualis sit.

Aliter judicatur de accusatore majore, aliter de minore. *l. qui cum major. 14. ff. de bon. liber.* ¶ Ex duobus accusatoribus, quis præferatur, *vide Bart. in l. 2. §. si simul. ff. ad leg. Jul. de adulter.*

Cap. III. Quæ requirantur.

In accusatione. vel inquisitione de crimine falsi an sit necesse locus, aut tempus adjicere commissi delicti. *And. Fachin. lib. 9. contr. cap. 14.* ¶ Libellus in causa criminali ineptus est, si careat loco, & tempore. *Mynsing. observat. 32. cent. 2. Bart. cons. 209. volum. 1.* Sed talis libellus quæ continere debeat, *vide Jas. de actio. in §. sequens, vers. ex maleficiis, num. 58. & seqq.* ¶ In accusationibus quando sint necessaria ea, quæ scribuntur in l. libellorum, *vide Bartol. in l. 1. ff. de suspect. tutor.* ¶ An inscriptio, & subscriptio sint de substantia libelli in criminalibus, *vide Franc. Marc. quæst. 657.* Et quid, quando fit accusatio de suspecto tutore, *vide gloss. in §. 1. Institut. de suspect. tut.* ¶ Quomodo debeat formari accusatio contra furem pro furto, *vide Rol. consil. 51. vol. 1.* ¶ Mandans, & mandatarius in delictis, possunt accusari in eodem libello. *l. Athletas 24. ff. ad leg. Corn. de fals.*

Cap. IV. Qui accusare, & reaccusare possit, vel non.

De crimine hæresis publicæ, potest à quocunque accusatio institui. *l. 4. C. de hæreticis.* ¶ De falso testamento quilibet, cujus interest, potest accusare. *l. fratris 21. C. de inoffic. testam.* ¶ Plures possunt unum accusare, & contra. *Papon. lib. 24. tit. 2. arrest. 8. vide Clar. in sua Pract. §. fin. q. 13.* ¶ Pœna pecuniaria ubicunque ex crimine privato venit imponenda, quilibet de populo admittitur ad accusandum. *Bartol. in. libr. 1. num. 11. ff. de jure Fisci.* ¶ Uxor accusat de morte viri, sed quando concurrunt uxor & filii occisi, propositis accusationbus in diversis tribunalibus, præfertur accusatio filiorum. *Vinc. de Franc. decis. 382. part. 2. vide Papon. lib. 24. tit. 1. arrest. 5.* ¶ Sed de materia, & interesse, quod debetur parti læsæ, *vide supra tit. de interesse, quod debetur, &c.* ¶ Licet hæres de jure communi teneatur vindicare mortem antecessoris defuncti, tamen hoc non servatur in Regno Franciæ. *Papon. lib. 24. titul. 2. arrest. 1. vide infra lib. 2. tit. de his, quib. ut indig. hæred. aufer.* ¶ Qui possint accusare, vel non, *vide Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. quæst. 16. & ex titul. de accusatio.* ¶ Accusatio, an institui possit pro crimine privato per alium, quam per eum, cujus interest, *vide Clar. §. fin. in sua Pract. crimin. quæst. 17.* ¶ Fiscus, an possit accusationem institutam prosequi, *vide Tho. Minad. decis. 29.*

Vel non.

Qui non admittitur ad accusandum potest esse promotor inquisitionis, & implorare Judicis officium, in locum deficientis accusationis. *l. 1. C. si tutor, vel curator non gess.* ¶ Pendente judicio super accusatione civili, non potest proponi accusatio criminalis super eodem crimine. *l. interdum 4. ff. de publ. judic. vide supra titul. de ordin. judic.* ¶ Nec Clerici laicos, nec laici Clericos accusare possunt. *c. sicut 2. quæst. 7.* ¶ Minor non potest accusare sine curatore, vel tutore, sed an tutor possit accusare nomine pupilli, *vide Bartol. consil. 90. volum. 2.* ¶ Pœna talionis hodie non est in usu in regno Franciæ, in quo quis non cogitur accusare: *Papon. lib. 24. tit. 1. arrest. 3.* ¶ Uxor non potest accusare maritum de adulterio, nisi per modum exceptionis. *Papon. libr. 24. tit. 2. arrest. 6.* ¶ Famulus non potest accusare criminaliter dominum suum. *Papon. d. lib. 24. tit. 2. arrest. fin.* ¶ Dominus rei, cui fuit illatum damnum per operarios, vel conductores alicujus, non debet illos accusare damnum dantes, sed dominum eorum, qui mandaverat. *Felin. consil. 24.* ¶ Procurator, tutor, vel alius negotiator, aut administrator, non possunt illos, quorum negotia gesserunt, accusare. *leg. deferre 18. §. item. ff. de jure Fisci.*

¶ Participes ejusdem criminis invicem se non accusant. *l. si filium 37. C. de libera. cau.* Ideo socium criminis me accusantem quibus verbis repellam, *vide gloss. in d. l. 37. de libera cau.*

Reaccusare possit.

Accusatus potest de jure communi adversarium suum reaccusare de pari vel majori crimine, dummodo tale crimen sit præjudiciale primo crimini, tamen in Regno Neapol. aliter servatur. *vide Gram. decis. 53. & Papon. lib. 24. titul. 1. arrest. 7.* ¶ Receptus inter eos, non potest suum accusatorem reaccusare, si fuerit damnatus pœna, quæ aufert libertatem, vel Civitatem, poterit tamen accusationes inchoatas perficere. *leg. is, qui reus 5. ff. de public. judic.*

Cap. V. Quando procedi possit, vel non.

Accusator, si non probaverit causam, an Judex possit supplere, & inducere novos testes, ut illam probet, *vide Bartol. in l. qui accusare. 4. C. de edendo, in repet.* ¶ Regulariter sine accusatore legitimo non proceditur contra quempiam exemplo Domini, qui sciebat Judam furem, & tamen quia non fuit accusatus, illum non ejecit. *c. nihil contra 2. q. 1.* Tamen sine accusatore manifesta judicantur. *c. manifesta 2. q. 1.* ¶ De denunciatore, & quomodo procedatur, circa denunciationem. *vide per Bartol. in l. 6. ff. de custod. reo.* ¶ Quomodo procedatur in judicio accusationis secundum juris dispositionem, vel consuetudinem. *Clar. §. fin. Pract. crim. quæst. 18.* ¶ Judex, mortuo querelante, vel accusatore, potest ex officio procedere contra accusatum ob publicam utilitatem, an crimen remaneat impunitum. *Natt. consil. 219.*

Cap. VI. Accusator. Quis dicatur.

Nomen qui detulit, videtur accusare, cum idem sit effectus quoad punitionem delicti. *Gram. decis. 39. n. 6.* ¶ Delator habetur pro accusatore: ideo si non probaverit, punietur de calumnia, ac si accusasset. *Gram. d. decis. 39. num. 9.* ¶ Ac denuncians, & petens aliquam puniri, habeatur loco accusatoris, vel promotoris, *vide Menoch. 263. lib. 3.* ¶ Accusasse eum dicimus, qui crimina objecit, & causam peroravit usque ad sententiam effacit; cæterum si ante quieverit, non censetur accusasse. *ff. de bon. damnato. l. 14. §. accusasse.*

Cap. VII. Qui resistere possit, vel non.

An, & quando concedatur abolitio, id est licentia desistendi ab accusatione, sine pœna Turpiliani, *vide in tit. C. de abolitio.* ¶ Licet ab initio unicuique liberum sit deferre in Fiscum, tamen post inceptam denunciationem, desistere sine pœna non libet. *l. resque 22. §. fin. ff. de jure Fisci, vide tit. prox.*

Cap. VIII. Qui repelli possit, vel non.

Inimicitiæ capitales repellunt quem ab accusatione: miles quoque repellitur, nisi prosequatur suam, vel suorum injuriam. *Franc. Marc. quæst. 655. & 656.* ¶ Comminatio de accusando, si recedatur ab illa, ita repellit quem ab accusatione, sicut si accusasset, & postea destitisset. *l. miles. 11. §. solet. ff. ad leg. Jul. de adult.* ¶ Judex an possit ex officio repellere accusatorem, *vide eundem Clar. quæst. 15. d. §. fin.* ¶ Accusans ardore vindictæ repellitur, & Judex qui admittit hunc accusatorem peccat, sed quando quis ardore iracundiæ dicatur accusare, Judicis arbitrio relinquitur. *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 482.*

Cap. IX. Qui sint effectus accusationis.

Non prosequens accusationem infra tempus legitimũ, in quarta parte bonorum mulctatur, & infamia notatur, *leg. 1. & 2. Cod. ut infra cert. temp. crimin. quæst. termine.* ¶ Qua pœna puniatur desistens ab accusatione, *vide per tot. tit. ff. ad Senatusconsult. Turpil. Ubi de materia accusationum, & infra titul. prox.* ¶ Accusans testamentum de falso, ita demum perdit quod illi in eo relictum est, si perseveraverit in accusatione usque ad diffinitivam, & succubuerit; secus si ante sententiam desistat. *l. alia causa est 8. Cod. de his, quib. ut indig. hæred. aufer.* ¶ Querela partis offensæ, aperit viam judici ad inquirendum, *idem Clar. quæst. 10. §. fin. in sua pract. crimin.* ¶ Accusationes damni dati factæ contra formam juris, & statutorum, non valent. *Borg. Caval. decis. 13. de judic.* ¶ Accusatio, vel inquisitio de crimine, ex quo veniunt bona publicanda, non videtur interdicta administratio bonorum pendente accusatione, vel inquisitione, quominus debitores illi solvendo liberentur, & ipse etiam suis creditoribus solvere potest. *l. reo criminis 41. & 42. ff. de solut. & liberat.* ¶ Denunciatio facta per aliquem, aperit viam judici inquirendi, sed qui possint denunciare, *vide Clar. §. fin. in sua pract. crimin.* ¶ Saltuarii, vel alterius denunciatoris publicum officium habentis accusationi statur, si ille juraverit suum officium bene & legaliter exercere, sed dictum intelligas, *ut per Natt. consil. 550.* ¶ Denunciatio Medici, qui attestatur aliquem infirmum, vel ex vulnere remansuram cicatricem, nihil operatur, nisi præcedat diligens inquisitio Judicis, *Bart. singul. 134.* Sed quando credatur perito in arte, *vide supra titul. de probat. periti in arte.* ¶ Qui accusat instrumentum de falso, & non probat, punitur tanquam falsarius. *l. pen. C. de probat.*

Cap. X. Quibus modis valeat, vel non.

Quando accusatio non est valida, Judex non debet illam admittere. *Bartol. in l. 2. C. ut nemo privatus.* ¶ Accusatio minus legitime intentata, vel à persona quæ non deberet admitti, si non opponatur, procedit. *Bartol. in leg. 1. §. accusationem. ff. ad Senatusconsult. Turpil.* ¶ Si compareat accusator, cessat inquisitio, quæ est remedium extraordinarium; sed quomodo & quando dictum procedat, *vide Mamnt. in suo Specul. de ordin. judic. part. 6. tit. & pervenitur aliquando per viam inquisitionis, num. 38.* ¶ Accusatio falsi, & aliorum criminum, tollitur spatio 20. annorum. *Jass. Lanfr. Balb. decis. 486.*

Cap. XI. Miscellanea.

Denunciator manifestans rem ad Cameram Ducalem, vel ad Fiscum pertinentem, lucratur quartam partem ad ipsius rei, ex dispositione decreti criminalis Ducalis, *tit. de premio di quelli, che scopriamno.* ¶ Accusatio criminis, & actio civilis, quando cumulari possint, *vide Clar. in sua pract. crimin. §. fin. quæst. 2.* ¶ Statutum, quod stetur juramento accusatoris, valet. *Bartol. consil. 89. volum. 2.* ¶ Pœna statuti contra non probantem actionem, habet etiam locum in denunciatore. *Gram. in decis. 39. num. 5.*

TITULUS CCLXXXV.

Ad Senatusconsultum Turpilianum de calumniatoribus, & prævaricatoribus.

Generalia.

Vide de materia *in tit. sequent.*

Cap. I. Accusator, calumniator, denunciator, prævaricator, quis dicatur.

Calumniator est infamis. *§. calumniator. l. 4. ff. de his, qui not. infam.* ¶ Calumniari non dicitur, qui ex officii necessitate accusat. *Menoch. ibid. num. 21.* ¶ Qui dicatur calumniator, qui tergiversator, & qui prævaricator, *vide c. si quem 2. q. 3.* ¶ Calumniari dicitur, qui facit actum à jure prohibitum sed quando alias quis dicatur esse in evidenti calumnia, *vide Rebuff. in constitut. Reg. tract. de lite. obligat. art. 10. gloss. 1. & 2.* Prævaricator etiam est infamis, sed quis dicatur prævaricator,

vide d. l. 4. §. item prævaricator ff. de his, qui not. infam. Prævaricatores eos appellamus, qui cauſam adverſariis ſuis donant, à variando enim prævaricatores dicti ſunt. *leg. prævaricatores 212. ff. de verbor. & rerum ſignificat.*

Cap. II. Quando deſiſtere poſſit, vel non.

Pœnitere, & deſiſtere ab accuſatione in crimine ſalſi, etiam inter perſonas conjunctas, an & quando liceat, *vide eundem Marc. quæſt. 14. part. 2.* ¶ Tranſigere, vel paciſci in delictis reo licitum eſt, ſecus in accuſatore. *Marc. ibid. n. 5. q. 114. p. 2.*

Cap. III. Ad qua teneatur.

Proponens per modum exceptionis crimen, ſi poſtea non probaverit illud, an poſſit actione injuriarum accuſati, *vide Capel. Thol. quæſt. 410. in addit. num. 2.* ¶ Actio de calumniatoribus datur ad quadruplum ejus, quod quis recepit; non in quantum quis eſt damnificatus. *Bart. in l. unica. C. ex delictis defunctorum num. 5.* ¶ Judex inquirens ad promotionem, ſeu querelam, & per defenſiones inquiſiti, aut per probationem deficientem, aut alia de cauſa, inquiſitus conſequatur abſolutionem, debet querelantem, vel alium, ad cujus promotionem fuerat inquiſitio inſtituta, in expenſis condemnare. *Gram. d. deciſ. 39. num. 3. Capel. Thol. quæſt. 7. Et pœna Turpiliani punire. Petr. de Rav. ſing. 399.* ¶ Denunciator, facta denunciatione ſpeciali contra aliquem nominatim, lata abſolutione, debet in expenſis condemnari, & dicitur fieri nominatim, ſi nomen vel cognomen alicujus ſubjungatur, vel alia demonſtratio; ſecus in denunciatione generali. *Guid. Papon. quæſt. 269.* ¶ Denuncians male debet in expenſis condemnari, licet fuiſſe proteſtatus, quod non intendebat facere partem. *Gram. deciſ. 39. numer. 8.* ¶ Denunciator, & inſtigator etiam in actis non nominati, ſi probatum non ſit reum deliquiſſe, poterunt in expenſis condemnari verſus reum. D. Sol. in conſtitut. antiq. Sabaud. gloſſ. ſuper decreto, cum nullius, *tit. ut nemo invitus. fol. 170. & Papon. lib. 24. tit. 1. arr. 2.* ¶ Calumniator, ſeu inſtigator, qui tenetur ad expenſas, & intereſſe iniquæ inquiſitionis, ſeu accuſationis, non poteſt declinare juriſdictionem Judicis coram quo fuit agitatum judicium accuſationis. *Papon. libr. 7. titul. 7. arreſt. 46.* ¶ Ille, qui objicit crimen contra aliquem, ſi non probaverit, tenetur actione injuriarum. *Guid. Pap. ſingul. 636.*

Cap. IV. Quando puniatur, vel non.

Accuſator de calumnia convincitur, eo ipſo, quod deficit in probando; tunc enim præſumitur calumniari. *vide Petr. Benint. deciſ. 46.* ¶ Accuſationem deferens qualiter puniatur, *vide cap. ſi quem & ibid. gloſſ. 2. q. 3.* ¶ Denunciator, qui, reo citato, à denunciatione deſiſtit, incidit in pœnam Turpiliani. *Franc. Marc. quæſt. 693.* Niſi quis ductus fuerit juſto errore, vel calore iracundiæ: quia tunc poſſet impetrare abolitionem à Judice. *Marc. ibidem.* ¶ Inſtigator calumnioſe accuſatorem inſtigans, incidit in hoc Senatusconſultum, tamen non facit litem ſuam, quando non intervenit in lite promovendo accuſationem, vel producendo teſtes, aut probationes. *Marc. quæſt. 199. part. 2.* ¶ Accuſationem falſam dictans, etiam in pœnam falſi incidit. *idem Marc. q. 902. part. 2.* ¶ Accuſans aliquem de proditione, ſi poſtea in tortura aſſerat falſam eſſe accuſationem, ſed hoc feciſſe, aliquo inſtigante, quod erat falſum, plectatur pœna mortis. *Rot. Avenio. deciſ. 98. in deciſ. diverſ.* ¶ Accuſator colludens, ſeu prævaricans cum accuſato, qualiter puniatur, & quomodo præſumatur colluſio, *vide Marant. in ſuo Specul. de ordine judic. part. 6. titul. pervenitur aliquando per viam inquiſitionis, numer. 77.* Sed quando tranſactio ſit permiſſa, *vide ibid. numer. 74. & 76.* ¶ Accuſator non comparens, vel deſiſtens ante, vel poſt litem conteſtatam, qualiter puniatur, *vide ibid. numero 80.* ¶ Pœna talionis ceſſat, quando accuſator poſt accuſationem ſe abſentavit, alias plectendus eſt ſuccumbens, *Ægid. Bellam. concluſ. 79.* ¶ Pœna Turpiliani eſt ſimilitudo ſupplicii. *Franc. Marc. quæſt. 657. vide ſupra titul. prox.* Et in publicis delictis, eſt quinque librarum auri, & irrogationis infamiæ. *idem Marc. quæſt. 114. part. 2. num. 3.* ¶ Si quis fecerit aliquem capi, qui poſtea apparuerit innocens, debet puniri ad ſimilitudinem ſupplicii. *Petr. de Raven. ſing. 125. cap. calumniator, 2. quæſt. 3. & l. 4. Cod de fruct. & lit. expen.* ¶ Qui non probat, quod intendit, debet puniri, ſicut reus convictus puniretur. *cap. tuæ 5. ext. de procurat.* ¶ Calumniæ cauſa, quando quis punitur officio judicis mercenario, condemnatur in ſententia, qua reus abſolvitur, *vide Bart. in l. 4. §. 1. ff. de iis, qui not. infam. & in l. 1. C. de jurejur prop. calum. dand. Menoch. de Arbitr. caſ. 322.* ¶ Pœna calumniæ eſt ſimilitudo ſupplicii. *Bartol. ibidem numer. 9* Sed de calumniatoribus, *vide tot. titul. extr. de calumn. & per tot. 2. quæſt. 3.* Et quæ ſint pœnæ eorum. *Menoch. de Arbitr. libr. 2. caſ. 322.* ¶ Accuſator hodie ex forma ſtatutorum non punitur pœna talionis, nec detruditur in carcere. *Bartol. in l. accuſatore §. ad crimen. ff. de public. jud.* Nam pœna talionis in deſuetudinem abiit. *Menoch. de arbitr. lib. 2. d. caſ. 312. num. 3.* ¶ Delator habetur pro accuſatore; ideo ſi non probaverit punitur de calumnia, ut ſi accuſaſſet. *Gram. deciſ. 39. num. 9.* ¶ Pœna non probantis querelam, quæ ſit, *vide ibidem num. fin.* ¶ Prævaricatores qui, & quæ ſint pœnæ eorum, *vide Menoch. de Arbitr. libr. 3. caſ. 323.* ¶ Nedum calumnioſe accuſantes incidunt in pœnam Turpiliani, ſed etiam ſupponentes accuſatores, & pariter inſtigatores. *Guid. Pap. ſingul. 362.* ¶ Contra calumniatores datur interdictum, de quo *vide per Jo. Criſp. de Monte in ſuo tract. termino actio. num. 98. poſt volumen. Jaſ. de actiona.* ¶ Qualiter puniantur, qui crimina illata non probant, *vide per tot. cauſ. 5. quæſt. 6.* ¶ Ex prævaricatione Advocati, punitur ipſe Advocatus, & non probata prævaricatione, punitur illam allegans. *l. 1. C. de Advoc. diverſ. judic.* ¶ Tamen in Regno Franciæ, poteſt impune ab accuſatione recedere. *Papon. lib. 23. tit. fin. arreſt. 5.* ¶ Accuſatus de crimine, ex quo imponitur pœna ſanguinis ſi corrumpat accuſatorem, non ob id punitur, nam unicuique licet redimere ſanguinem ſuum. *l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam.*

Cap. V. Qui excuſari poſſit.

Accuſator, ſeu denunciator excuſatur à condemnatione expenſarum, ſi habuerit juſtam cauſam accuſandi, vel denunciandi. *Cravet. conſil. 178. num. 10.* ¶ Denunciator excuſatur à pœna calumniæ, ſi habeat pro ſe aliqua evidentia indicia. *Abb. conſil. 78. part. 1.* Sed quæ excuſent à pœna calumniæ, ne quis incidat in Turpilianum, & non teneatur ad expenſas, *vide Franc. Marc. q. 940. p. 2.* ¶ Dictum unius teſtis excuſat accuſatorem à pœna talionis: *Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des Juſtices Rub. 1. §. 6. gloſſ. 3. num. 7. & Hippol. ſing. 47.* ¶ Calumniator quis, & quæ juſtæ cauſæ eum excuſare poſſunt à pœna, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 321. & Bartol. in l. 4. §. 1. ff. de iis, qui not. infam.* ¶ Monetarium falſum accuſans excuſatur à calumnia, & ſi non probet. *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 321. num. 27.* ¶ Abolitio criminis facit accuſatorem evitare omnem pœnam, ſed qualiter, & quando concedatur, & qualis ſit abolitionis effectus, *vide Marant. jud. part. 6. tit. pervenit ſpec. de ord. n. 83. & infra cit. prox.*

Cap. VI. Judex, qua facere poſſit, vel non.

Judex, ſi non puniet denunciantem, & non probantem ſuam denunciationem, punitur ipſe. *Gram. dec. 39.*

¶ Judex inquirit de omni crimine, ubi intervenerit accusator, qui colludit, seu prævaricatur, & inquirit contra calumniatorem, etiam nemine accusante. *Marant. in suo Specul. part. 6. titul. & pervenitur aliquando per viam inquisitio. num. 156.*

Cap. VII. Miscellanea.

Instrumentum concordiæ producens, crimen fateri non videtur: *idem Marc quast. 233. part. 2.* ¶ Accusatio criminis semel amissa, non potest repeti, etiam in minoribus prætextu læsionis. *Gome. Leo. decis. 39. in decis. divers. Tom. 2.*

TITULUS CCLXXXVI.

De abolitionibus.

QUi reum non repetit, publica abolitione interveniente, in Senatusconsultum Turpilianum non incidit. *leg. si interveniente. 12. ff. ad Turpilianum, ubi de materia per tot. titul.* ¶ Falsarius à carceribus non est liberandus ob pacem, & publicam lætitiam. *Menoch. de arbitr. libr. 2. cas. 302. num. fin.* ¶ Abolitio duplex, specialis scilicet, & generalis, *vide Cassan. in consuet. Burg. tit. des Justices, Rubr. 1. §. 5. gloss. 13.* ¶ Regina, vel Augusta in jucundo novo suo adventu, incarceratos liberare, & abolitiones concedere potest. *Franc. Marc. quast. 18. p. 1. & quast. 153. p. 2.* ¶ In primo Principis adventu, liberantur incarcerati. *Franc. Marc. d. quast. 153. num. fin.* Sed in quibus carceratis dictum procedat, *vide ibid.* ¶ Si delator, seu accusator abolitionem (id est licentiam desistendi) impune petat eo prætextu, quod se errasse dicat, judex super hoc cognoscere debet, & an sit audiendus. *l. Senatus 15. ff. de jure Fisci.*

TITULUS CCLXXXVII.

De informationibus, & de his, quæ præcedere debent inquisitionem.

Cap. I. Informatio: Quando sumi possit.

IN causa inquisitionis contra aliquem inquisitum judicis officio de certo delicto, admittuntur in testes denunciator, & ejus domestici, quod videtur procedere in denunciatione, quantum ad correctionem peccati, *videtur Jaff. Lanfr. Balb. decis. 303.* ¶ Super diffamatione fecretæ sumuntur informationes, & famæ probatio non debet esse levis, sed legitima. *D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ. gloss. 1. super decreto, juxta constitutionem titul. de accusation. num. 13. fol. 160.* ¶ Copia informationum, & indiciorum danda est reo, ut se defendat. *idem D. Sol. ibid. 14.* ¶ Pars contra quam inquiritur, non potest adesse secretis informationibus. *Franc. Marc. quast. 611. part. 2.*

Cap. II. Quæ præcedere debeant inquisitionem.

Dictum constituti in articulo mortis, facit indicium ad inquirendum. *Joseph. Ludovic. decis. Luc. 62.* ¶ Diffamatio præcedere debet ad hoc, ut judex per inquisitionem procedere possit, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. q. 6. Rol. consil. 30. volum. 3.* Seu indicia, alias inquisitio redditur nulla, *Rol. cons. 12. vol. 3. & plenius consil 57. vol. 4. vide Hippol. singul. 14. & l. 2. C. de offic. Praefect. urb.* ¶ Fama inquisitionem præcedere debet, alias inquisitio non valet, & Judici non creditur de fama, nisi ex actis appareat probata, & talis fama debet habere originem ab honestis personis fide dignis. *Marant. in suo Spec. de ordine Judic. part. 6. tit. & pervenitur aliquando per viam inquisitionis, num. 19.* ¶ Fama publica, vel legitima indicia, nisi præcedant inquisitionem, omnia, quæ sequuntur sunt nulla, nec illa confirmantur ex diffamatione, seu indiciis supervenientibus. *D. Sol. in constit. antiq. Sabaudiæ, gloss. super decreto, juxta, num. 16. titul. de accusat. & Rol. cons. 3. vol. 3.* ¶ Indicia ad inquirendum debent esse propinqua maleficio, ac duobus testibus omni exceptione majoribus probata. *D. Sol. ibid. gloss. 2. n. 5.*

Cap. III. Judex quæ facere possit, vel non.

Judex antequam procedat ad examinationem, seu capturam rei delinquentis, debet prius curare, ut sibi de delicto constet. *Gram. decis. 60. num 20. Francis. quast. 92. part. 2. Boer. decis. 164. num. 8. & decis. 259. Cravet. consil. 244. & 260. Clar. in sua Pract. §. fin. quast. 4. & 5. Rol. consil. 51. vol. 1. Marant. in suo Specul. part. 6. titul. & pervenitur aliquando per viam inquisitionis, num. 17. Menoch. consil. 383. & D. Sol. in dd. suu comment. fol. 260.* Sed quid, si reus confiteatur, & non possit constare de delicto, quia cadaver fuisset projectum in mare, *vide Marc. quast. 92.* ¶ Aliquando judex in criminalibus (si sibi videtur) poterit incipere, nedum à citatione, sed etiam à captura, indiciis non præcedentibus. *Gram. decis. 60. num. 19. Marc. d. q. 92.* Regulariter secus: nam Judex non debet procedere contra aliquem, nisi indiciis, vel informationibus præcedentibus. *Gui. Papon. quast. 269. Cravet. consil. 262. & Rol. consil. 57. vol. 4.* Licet haberet arbitrium procedendi in causis criminalibus. *Menoch. de arbit. q. 78.* ¶ Judex abrupte, & sine informationibus ad inquirendum procedens, dicitur partem gravare, & illi ad interesse tenetur. *Magon. decis. Luc. 22. num. 13.*

Cap. IV. Miscellanea.

Appellari potest ab usu procedendi, ac supplicari afferri informationes ad Excell. Senatum, ut videatur, an sit locus inquisitioni, *D. Sol. ibid. gl. 3.* ¶ Informationes secretæ non probant. *Afflict. decis. 391. n. 5.*

TITULUS CCLXXXVIII.

De inquisitionibus.

Generalia.

DE materia inquisitionis, & denunciationis, *vide per gloss. in tit. quomodo in læsa Majestatis crimine procedatur in usib. feud.*

Cap. I. Inquisitio. Quid sit.

Loco accusatoris est, qui ex officio inquirit. *Boer. dec. 259. num. 12.* ¶ Inquisitio nihil aliud est, quam criminis ex fama manifestati ex bono, & æquo judicis competentis, canonice facta investigatio. *D. Sol. in dd. suis comm. gloss. 1. super decr. juxta tit. de accusat.* ¶ Inquisitio prohibetur, nisi in casibus jure expressis, & inquisitio generalis, quæ dicatur, quomodo, & qualiter fiat, & ad quem effectum. *Marant. num. 91. an sit judic. civil. num. 6. 7. & 11. part. 4. dist. 1. jud.*

Cap. II. Qui inquiri possit, vel non.

Qui potest inquiri in criminalibus, aut per accusationem, aut per denunciationem, vel implorationem Judicis officii, de quibus omnibus, & quæ requirantur ad hoc, ut illis sit locus, *Marant. part. 6. eod. tit. & pervenitur aliquando, &c.* ¶ Accusatore desistente, potest Judex ex officio inquirere super crimine illato. *cap. 1. & 2. extr. de collus. deteg.* ¶ Inquisitio cessat, ubi nulla datur pœna. *August. Bero. quast. 134.*

Cap. III. Quando procedi possit, vel non.

Denunciationibus non est standum, sed ex illis proceditur ad inquisitionem. *l. divus 6. ff. de custod. & exhib. reo. & Clar. in sua pract. crim. §. fin. quast. 7.* ¶ Quibus modis criminaliter procedatur, & quid, si per viam inquisitionis, *Clar. in sua pract. §. fin. q. 3.* ¶ Interroganda est pars læsa, an velit delinquentem accusare priusquam procedatur ad ulteriora inquisitionis. *idem D. Sol. ibid. num. 18. & Hippol. sing. 305.* ¶ Reis nihil opponentibus, aut crimen coram Judice competenti confitentibus, Inquisitio informis procedit. *gloss. 3. ibid. n. 3. Bart. in l. 29. ff. ad*

ff. ad leg. Cornel. de falf. ¶ Inquisitio si possibile, continere debet annum, mensem, diem, & locum. *D. Sol. gloss. 1. decr. juxta de accusat. n. 7.* ¶ In civilibus ob publicam utilitatem, etiam per inquisitionem proceditur. *Bartol. in l. 5. C. de bonis vacantib. lib. 10.* Secus ob privatam. *ibidem.*

Vel non.

In delictis potest opponi exceptio ad impediendam inquisitionem, & processum: quia accusatio est agnoscenda antequam accusati nomen inter reos referatur. *Franc. Marc. quaest. 112. part. 1. & quaestion. 574. part. 2.* ¶ Judex regulariter non potest de jure Civili procedere per inquisitionem: Secus de jure Canonico, & de consuetudine, sed an superveniente accusatore, cesset inquisitio, *Clar. d. quaest. 3. & Bartol. in §. jubemus Auth. de collecta.* ¶ Non potest ad inquisitionem procedi, nisi fama praecedente. *l. 2. C. de offic. Praefe. urb. vide supra tit. prox.* ¶ Judex per inquisitionem non procedit pro delicto culpa commisso, nisi dolus, vel lata culpa intervenerit. *Maran. in suo Spec. part 4. distinctio. 1. judicio. num. 91. tit. an sit judic. civi. vel crimin & part. 6. tit. & perveniatur aliquando per viam inquisitionis.*

Cap. IV. Quando fieri possit, vel non.

Inquisitio an fiat contra absentem, *Clar. in sua Pract. §. fin. quaest. 11.* ¶ Quomodo, & quando sit ad inquisitionem procedendum, *habemus in hac Patria decretum antiq. de quo D. Sol. in suis commenc. ibidem fol. 159. tit. de accusat. inquisi. & poen.* ¶ Inquisitio famae ibidem fieri debet ubi inquisitus conversari consuevit, & periuri, malevoli, & socii criminis, non sunt idonei testes ad inquirendum. *D. Sol super ipso decreto, juxta gloss. 2. fol. 161.* Sed requisita procedendi ad inquisitionem. *ibid. n. 11.* ¶ Inquisitio specialis contra certam personam, qualiter & quot modis fiat. *Maran. num. 12.* ¶ Inquisitio criminosorum, expensis Fisci fieri debet. *Maran. ibidem n. 207.* ¶ Propter plura maleficia commissa in una rixa, potest fieri una inquisitio de omnibus, & una denunciatio, quasi unum factum reputetur. *Bart. in l. 1. num. 12. C. unde vi.*

Cap. V. Quando formari possit, vel non.

Qualiter debeat formari inquisitio contra delinquentem. *Clar. quaest. 31. ibidem §. fin.* ¶ Inquisitio formari potest contra illum, qui dicitur mandasse homicidium fieri, licet non appareat de nomine mandatarii. *Natt. consil. 422.* ¶ Inquisitionem non praecedentibus indiciis, posse formari, cum Princeps causa cognita ita mandat, multipliciter declaratur per *Menoch. de Arbitr. quaest. 78. num. 4.* ¶ Inquisitio non est formanda ratione infamiae habentis ortum à personis malevolis super delicto, sed tantum super fama inquirenda. *Roman. singul. 488.*

Cap. VI. Quae praecedere debeant, vel non.

Licet regulariter fama inquisitionem praecedere debeat, tamen dictum limitatur pluribus in casibus, de quibus vide per Maran. *ibidem num. 22.* ¶ Declarationes, & expressiones, quae requirantur in accusatione, etiam quando proceditur per viam inquisitionis, *Menocb. consil. 263. num. 7. libr 3.* ¶ Denunciatio Medici, qui asserit aliquem infirmum, vel ex vulnere remansuram cicatricem, nihil operatur, nisi praecedat diligens Judicis inquisitio. *Bart. sing. 134.*

Cap. VII. Miscellanea.

Deprehensio in flagranti crimine aperit viam Judici ad inquirendum. *Clar. in d. sua Pract qu. 8.* Et notorietas delicti, *ibid. qu. 9.* ¶ Promotor, seu instigator inquisitionis, quis dicatur, & quando possit in expensis condemnari, *vide Clar. ibid. quaest. 10. & supra tit. ad Senatusconsul. Turpil.*

TITULUS CCLXXXIX.

De captura reorum.

Generalia.

DE captura pro debito civili, *vide supra tit. de executione personali, &c.*

Cap. I. Quando incipi possit captura.

Judex in criminalibus si sibi videbitur, poterit incipere nedum à citatione, sed etiam à captura nullis indiciis praecedentibus. *Gram. decision. 60. numer. 19.* Regulariter contra, *Mynsing. observ. 69. cent. 5.*

Cap. II. Qui capi possit, vel non.

An suspectus capi possit, & valeat captura. *Roland. consil. 65. tom. 3.* ¶ An Baro, cui non competit aliqua qualitas tribuens eis jurisdictionem erga aliquem delinquentem alterius Baroniae, possit illum capere, & remittere ad suum Baronem, & Judicem loci delicti, *vide Ludovic. à Pegue. in suis quaest. crimin. cap. 2.* ¶ Quae praecedere debeant antequam quis in vincula conjiciatur, *vide Marc. quaest. 910.* Et captura concedatur. *Clar. in sua Pract. §. fin. quaest. 28.* ¶ Licitum est ducere reum captum ad suos carceres per jurisdictionem alterius, *Jo. Gal. qu. 224.* ¶ Judex potest capere eum, contra quem de crimine actum est, ante aperturam testium. & non committere illum fidejussoribus. *Abb. Assal. sing. 1.* ¶ Judex secularis capit Clericum delinquentem, & illum remittit ad Episcopum. *Bart. in l. 1. C. de exhiben. & transmitt. reis.* ¶ In criminalibus, quis capitur, & extrahitur è domo. *Bartol. in l. plerique 18. ff. de in jus vocando.* Sed an delinquentem in domo potentis latitantem, perquirere liceat, *vide Boer. decision. 174. & Marc. quaestion. 113.* ¶ Vicini possunt capi per Officialem, quando maleficia occulta committuntur. *Bartol. in l. 57. de loc. & conduc.* ¶ Quilibet potest occurrere ad capiendum delinquentem. *Bartol. in l. si quis 7. ff. de furt.* ¶ Capi personaliter quando quis possit, tam pro debito quam pro crimine, & à quo; *vide Bart. in l. cum eo 10. ff. ad leg. Jul. peculat.*

Vel non.

An homicida voluntarius debeat gaudere immunitate Ecclesiae, ut non possit in ea capi; *vide Guid Pap. quaest. 121.* Et quid in depopulatoribus agrorum, insidiatoribus itinerum, & delinquentibus contra Ecclesiam, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. quaest. 30. & supra tit de his, qui ad Eccles. confug.* ¶ Malefactorem in alieno territorio, Judice irrequisito, capere non licet. *Franc. Marc. quaest. 115. vide Rebuff. in constitut. Reg Tom. 2. tractat. de litt. requisit. gloss. 3. num. 4.* ¶ Mulier honesta non debet carcerari. *Papon. lib. 24. tit. 3. arrest. 3.* Idem in qualibet muliere praegnante. *ibidem arrest. 4. vide Clar. in sua Pract. §. fin. quaest. 28. Menoch. de Arbitra. quaest. 88. & §. necessarium, Authent. ut nulli. Judi.* ¶ Carceratus inquisitus delicto resistentiae factae contra Officialem eum capientem, allegans per modum exceptionis malam capturam, praetendens se nulliter captum, est audiendus, & interim est supersedendum à causa resistentiae, *idem Ludov. cap. 9.*

Cap. III. Qui detineri, confirmari possit.

Torqueri qui non potest, minime potest detineri. *Gram. decision. 60. num. fin.* ¶ Episcopus, aut ejus Officialis habet capturam personae contra laicos in certis casibus, de quibus *vide per Franc. Marc. quaestion. 448.* ¶ Captura etiam nulla debet confirmari, quando de novo esset concedenda. *Joseph. Lud. decision. Perus. 40. vide Marc. quaest. 1061.*

Cap. IV. Quando concedi possit, vel non.

Concessa captura contra famulum, dominus non potest illum retinere in domo sua. *Papon. libr. 24. tit. 3. arrest.*

arrest. 8. ¶ Capturam personalem potest judex ex officio concedere (visis informationibus) nemine requirente. *ibidem arrest. 9.* Sed concedi non debet, nisi sit aliqualis informatio. *Roland. cons. 17. volum. 2. habemus in Patria Pedemon. decretum, de quo vide in decreto criminali fol. 2.* ¶ Judex concedens capturam, visis informationibus, non tenetur declarare delictum, propter quod concessit capturam. *Papon. libr. 24. titul. 3. arrest. 1.* ¶ Captura personæ est permissa pro debito Fiscali. *idem Marc. quæst. 449.*

Vel non.

Ad requisitionem partis, etiam se submittentis ad pœnam talionis, non debet concedi captura, nisi sumptis informationibus, super delicto. *Papon. libr. 24. tit. 3. arrest. 2.* Sed limita dictum in latrone. *Papon. ibidem arrest. 5. eod. tit.* ¶ Capiens delinquentem recuperat à Fisco id quod expendit in illo capiendo, & statutum concedens præmium capienti, non habet locum in Officiali. *Clar. in sua pract. §. fin. q. 29.*

Cap. V. Qui sint effectus captura.

Familia curiæ, quæ prosequitur delinquentem aufugientem, si ipsum vulneraverit, vel occiderit, quia se defendebat, qua pœna teneatur, *vide Gramm. decis. 41. Boer. decision. 170. Papon. libr. 6. titul. 7. arrest. 10. & Clar. in sua Pract. §. fin. qu. 29.* ¶ Per capturam irrogatur infamia, ideo resistere de facto licet, quando quis capitur injustè. *Franc. Marc. quæst. 448. num. fin. vide Clar. in sua Pract. §. fin. d. qu. 26.* ¶ Eximens aliquem de manu familiæ, tenetur, ac si pro eo fidejussisset in omnem casum, si autem iam esset incarceratus, tenetur lege Julia Maiestatis, si erat convictus, aut condemnatus, alias aliter punitetur, *vide Guid. Papon. quæst. 597. & singul. 438. & Bartol. in l. cujusque. ff. ad leg. Jul. Majest.* ¶ Impediens familiam capere malefacto rem, tenetur lege Julia de vi, *Bartol. in l. in furtis. §. ope. ff. de furtis.* ¶ Potentes si volunt aliquem capere malefactorem, & ille motiatur, non tenetur. *Barth. de Capu. sing. 30.*

Cap. VI. Relaxari possit, vel non.

Bannitus in perpetuum à domino, & territorio judicis ob homicidium in contumaciam, & ad ultimum supplicium, si venerit in fortiis justitiæ, si captus extra territorium, & per vim ductus in manibus justitiæ sit, debet relaxari, quia talis captura redditur illicita. *Roland. consil. 60. volum. 2.* ¶ Abstractus de facto ab Ecclesia, potest petere se restitui ad pristinam libertatem. *Bart. in l præsenti 5. C. de his, qui ad Eccles. confug.* ¶ Quando captus per vim, & indebite petit se restitui, talis quæstio est summatim examinanda, & non ordinarie, *Bart. quæst. 6. num. fin.*

TITULUS CCLXXXX.

De carcere, & carceratis, & de eorum custodibus.

Generalia.

De carceribus, qui possint carcerari, & quando, *vide per Bart. in suo tract. de carceribus.* ¶ De effractoribus, & aufugientibus è carceribus. *vide infra tit prox.* ¶ De carceratorum expensis, *vide infra titul. de carcer. expens.* ¶ Quando carcerati debeant relaxari, *vide infra tit. A carceribus, & ab arresto, &c.* ¶ De pœna perpetui carceris, *vide per Menoch. de Arbitr qu. 89.*

Cap. I. Carcer, carceratus. Quid sit carcer.

Differentia, & consideratio adhiberi debet inter detentionem personæ Nobilis, & ignobilis. *D. Sol in constitution. antiq. Sabandiæ, gloss. super 2. part. decreti, ab aufugientib. tit. de captu, fol. 152.* ¶ Carcer mala mansio, & pœnæ deportationis æquiparatur; ad custodiam, non ad pœnam ordinatus: nec debet esse subterraneus; sed liberum habere lumen. *idem D. Sol. in dd. comment. gl super 2. part. decrete, ne fuga, tit. de accusation. fol. 169.* ¶ Vinculis solutus non est, qui sine vinculis in publico servatur. *ibid. num. 8.* ¶ Carcer est species servitutis. *Bart. in l. quod tale 15. §. elegant. ff. soluto matrimonio.* ¶ Detinens debitorem, vel alium ultra 20. horas, committit carcerem privatum. *Guid. Pap. sing. 428.*

Cap. II. Quis dicatur carceratus.

Arrestatus de non recedendo, datis ad hoc fidejussoribus, & juratus censetur quoque carceratus *Guid. Pap. qu. 253.* ¶ Judex habet arbitrium carcerandi, quod obtinet in criminalibus. *Menoch. de Arbitr. qu. 88.*

Cap. III. Quando remittendus, & puniendus.

Judicis arbitrio relinquitur, an carceratus sit catenis, vel aliis vinculis ligandus, tradit *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 305. num. 9.* Sed quando sit ferreis vinculis ligandus. *vide Boer. decision. 216. num. 3.* ¶ Judex causæ capitalis ad Judicem appellationis transmittere debet, reum cum actis sub fida custodia, sed quando dictum procedat, *vide Natt. cons. 353. & Henric. Boer in suis singul. tit. carcer. num. 3.* ¶ Appellans si est carceratus, debet remitti ad judicem appellationis. *Gramm. mat. decis. 14.* Sed cujus sumptibus remittatur, *vide Joseph Lud. decis. Perus. 74. part. 2.* ¶ Carceratus remittendus sub custodia, solvit custodiæ impensam. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 228. num. 9.* ¶ Ad hoc ut fiat remissio criminosi ad Dominum suum, vel ad locum delicti, multa requiruntur, de quibus. *vide Cassan. in consuetu. Burg. tit. des adventz. Rub. 12. §. 1.*

Cap. IV. Qui detineri, assignari in carcere, vel non.

Carceratus & si appellet, nihilominus detinetur. *Guid. Pap. qu. 233.* Et post mensem potest appellare. *idem. Guid. quæst. 236. vide & quæst. 436. num. 39.* ¶ Carcere privato, qui uti possint, & an liceat retinere adulterum in privato carcere usque ad 20. horas, *vide Boer. decision. 175. & Pap. lib. 23. tit. 1.* ¶ In diebus paschalibus non debent carcerati in carcere detineri, nisi detineantur pro crimine enormi, vel sint assueti delinquere. *l. nemo. Cod. de Episcop. audien.* ¶ Carcer quando assignetur criminosis, *vide Capic. d. decis. 154.* Quo loci traduntur (circa hunc articulum) quatuor jura, *vide etiam Hartm. cap. 5. tit. de accusat. libro primo.*

Cap. V. Qui carcerari, recommendari non possint.

Senes non ita distinctè incarcerari debent, sicut juvenes, & carceris custos tenetur pro culpa filii. *Boer. decision. 217. num. 10.* ¶ Pro expensis litis debitor non potest carcerari, etiam si expensæ procedant ex causa criminali. *Papon. lib. 18. tit. 8. arrest. 1.* ¶ Illustres criminibus gravioribus inquisiti, in carcere non detruduntur, sed custodiuntur custodia militari. *l. si gravius 16. C. de dignitatibus lib. 10.* ¶ Carceratus pro causa criminali, non potest recommendari pro causa civili. *Joseph. Lud. decis. Perus. 70.*

Cap. VI. Qui effectus carceris.

Quam pœnam patiatur is qui carcere effracto aufugit. *Vuad. libr. 12. quæst. 2.* ¶ Carcer non debet esse pœna, sed custodia, quod est verum quod ad causam finalem; secus quod ad ipsum carceratum, *Andr. Gail. observ. 26. num. 7.* ¶ Carcer cedit in pœnam, vel in diminutionem condemnationis stante longa carceratione, sive veniret imponenda pœna exilii, *vide Vincent. de Franc. decis. 317. part. 2.* ¶ Si extet prohibitio pœnalis, ne quis alloquatur cum reo carcerato, si aliquis cum illo loquatur publice, palam verbis non suspectis, non incurrit in pœnam prohibitionis, *Crav. consil. 3.* Et causa carce-

carcerati dicitur pia. *ibid. num. 10.* ¶ Carceris custodiam esse adhibendam arctiorem illi, qui semel aufugit, scribit idem *Menoch. de Arbitra. cas.303.num.10.* ¶ Custodiæ qualitas carceratorum, à judicis arbitrio pendet, & carcer ad custodiam; non ad pœnam esse debet, *Men. de Arbitrar. lib.2.cas.305.l.8.§.solent.ff. depen.* Hoc verum de jure Civili; secus de jure Canonico. *Ludovic. Roman. singul. 711.*

Cap. VII. Carcerarius : custos : Ad qua teneantur.

Custos carceris, qualis esse debeat, & quando non teneatur de fuga reorem, *vide Boer, decis. 217. & infra.tit. prox.* ¶ Mortuo carcerato in carcere, an custos carceris puniatur, *vide Pap.lib. 24. titul. 4. arrest.3.* ¶ Carcerarius, cujus negligentia carceratus pro crimine aufugit, debet privari ejus officio. *Gramm. vot. 29.* ¶ Mulierem carceratam carnaliter cognoscens Judicis arbitrio punitur, sed quid si custos eam cognoverit, *vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 292.* Quod capite puniatur, scribit. *Guid. Pap. quæst. 448. num. 3. & singul. 687.* ¶ Eximens carceratum à carceribus qualiter teneatur, *vide Clar. in sua Pract. §.fin. quæst.29. Cassan. in consuetud. Burg. tit. des Justices. Rub.1.§.7.gloss.3. num. 32.Guid. Papou. sing. 408. Masun. in suo Spec. disput. 1. num. 11. tit. an ordinarius loci.*

Vel non.

Custos carceris debet habere salarium ab eo, qui facit detentos custodire, *Barth. de Capu. singul.101.* ¶ Custodes carceratorum, qui dimittunt aliquos exire de mandato Rectoris, non tenentur, sed Rector, cujus mandato illi dimittuntur, *l. si quis 53. §. si fugitivum.ff. de furtis, in additio.* ¶ Carcerarius dicitur uti intelligentia, dum tenet carceratos pro delicto in compedibus, & cippis. *Gram. d. vot.29. num.5.*

Cap. VIII. Quis relaxari possit,
vel non.

Incarcerati an ad solemnitatem festivitatis Paschalis, relaxari debeant, *vide Marc. quæst. 796. part. 2.* ¶ Carcerati aliquando relaxandi sunt eo carcere, quo detinentur perpetuo carcerati non debent claudi. *Menoch. de Arbitra. d. cas.305. num. fin.* ¶ Statutum, quod carcerati extrahantur in die Veneris Sancti, non comprehendit semel excarceratum : quia frequentia criminis gravat delictum. *Bartol. in l.3. C. de Episcopal. audien.*

Cap. IX. Judex, quæ facere possit,
vel non.

Judex Ecclesiasticus, si de crimine Ecclesiastico contra laicum cognoscat, non potest illum pœna perpetui carceris, secundum jus Canonicum punire. *Roman. singul.711.* ¶ Judex debet visitare incarceratos diebus Dominicis, & providere, ne carcerum custos inhumaniter se habeat erga ipsos incarceratos, pœna sibi, & ejus officio eminente, & cura ad Episcopum pertinet. *l. Judices 10. C. de Episcop. audien.* ¶ Causæ carceratorum debent terminari intra mensem à die capturæ, *ut habetur in dd. constit. Sabaud.titul.qualiter & infra quem terminum, & l. lib.2.fol. 36. mihi.*

Cap. X. Miscellanea.

Expensas remissionis Clerici remissi cum custodibus ad suum Episcopum, an solvat ipse Clericus, vel Episcopus, *Boer. decision.303. Papon. lib. 24. tit.6. arrest. 1.* ¶ Intra quod tempus processus incarceratorum expediri debeat, habemus in hac Patria dectetum antiquum. *sub tit. de expeditio. process. carcerat. libr. 2. fol. 29. mihi.* ¶ Reus in carcere detentus debet examinari statim, vel saltem post diem suæ capturæ, ita cavetur in hac Patria *in decreto criminali, tit. del reo. cap.3.* ¶ Banniti pro homicidio se voluntarie præsentantes Curiæ, post lapsum etiam duorum mensium (si Nobiles maximè sint) possunt in Camera poni cum fidejussoribus, & custodia. *Capie. decision. 154.* ¶ Carceratio, quando dicatur justa, etiam ab inferiore Judice facta, *Boer. decis. 215. num. 3.* ¶ Carcerato dans venenum, ut se interficiat, qualiter puniatur. *Boer. decision.216.num.4.*

TITULUS CCXCI.

De carcerum effractoribus, & aufugientibus ab illis,

Generalia.

De pœna fugientium è carceribus custodum male custodientium, *Bart. in suo tract. de carceribus.* ¶ De pœna effractores carcerum, *vide in l. 1. & tot. tit. ff. de effractо. & expila.*

Cap. I. Effractor : aufugiens à carcere,
Quis dicatur.

Carcerem exiens animo redeundi, an dicatur fractor carceris, *Boer. decision. 215. num. 17. & decis. 217. num.14.* ¶ Effractorem eum etiam dici, qui carcerem effugit, & Judicis arbitrio puniri carceris effractorem, scripsit *Menoch. de Arbitra lib. 2. cas.301.* Et quod puniatur, ac si constaret de delicto tradit *Guilielm. de Ludov. singul. 20. vide l. milites 13. §.ejus fugam.ff. de re milita.* ¶ Fugere non dicitur, qui vadit ad Superiorem. *Boer. decis. 215. n. 28.* ¶ Qui in carcerem per injuriam conjectus est, cessis custodibus, effractoque carcere, evadit, si aliter evadere non poterat, neque cædis, neque carceris effracti reus sit, *Pet. Roy. dec.3. Litau. num. 075. in decis. diversо. Pap. lib. 5. tit. 3. arrest.3.*

Cap. II. Qui fugere possit.

Injustè carcerato licitum est fugere, *Menoch. de Arbitr. lib.2. cas.301.n.14. & Natt. consl 499.*

Cap. III. Qui sint effectus fugæ.

An fuga carcerati inducat probationem contra commentariensem, vel alium custodem, quod ejus negligentia ille aufugerit. *Boer. decis. 215. & decis. 216. Gram. vot. 29. num.7.* Et qualiter pro ejus fuga, tam pro delicto, aut debito Fiscali, quam privato teneatur, *vide eundem Boer. decis. 215. & in constit. antiq. Sabaudia. titul de custodia reorum lib.2.fol.31. mihi.* ¶ Incarceratus pro delicto, vel debito fugiens è carcere, an habeatur pro confesso, & convicto, adeo quod non sit opus alia delicti probatione, *Boer. decis. 215. Menoch. de Arbitra. libr.2.cas. 301.n.3. & Jason. in l. admonendi, num.90.ff. de jurejur.* ¶ Si capti fecerint conspirationem, & rupto ostio carceris vel fracto muro, fugerent, si hoc constat Præsidi, faciet eos arctius custodiri, & puniri, licet non videantur culpabiles delicti, quo accusabantur, & ille captorum, qui hoc manifestaverit, liberabitur. *l. pen. ff. de custod. & exhib. reo.* ¶ Socius custodis si una aufugerit cum carcerato, alius custos non tenetur de fuga. *Boer. decis.217. n. 7.8.* Nam custos carceris tenetur de fuga carceratorum, non de fuga concustodis. *Franc. Crement. singul.100.* ¶ Fidejussor quare non liberetur exhibendo illum, qui aufugit, pro quo fidejusserat, *Boer. decis.217. n. 15.* Tamen quod liberetur in causa criminali, scribit *Papon. lib. 24. tit. 4. arrest. 4.* ¶ Carcerarius adhibens in custodia omnem suam diligentiam necessariam, si casu aufugerint carcerati, non tenetur. *Gram. vot.29. n.7.*

Cap. IV. Quæ sit pœna effractoris, fugæ.

Qualiter debeat puniri aufugiens, carcere effracto, *Ludov. à Pegue. in suis qq. crim.cap. 1.* Vel aliter, & quando excusetur, *Papon. lib.23. tit.2. Guid. Pap. sing.206.& 336.* ¶ Carcerem exire volens deprehensus tenetur, ac si exivisset, & carcerem apertum exiens animo redeundi, non habetur pro confesso, punitur tamen officio Judicis. *Boer. decis.215.n.12. & 15.* ¶ De pœna illius, cujus ope delinquens aufugit è carcere, *Franc. Marc. q. 247.* ¶ Effractor, qui effecit, ut carcerati fugerent, qua pœna puniatur.

tur. *Menoch. de Arbit. lib. 2. caſ. 301. n. 16. & 22.* Et quid in eo, qui inſtigavit carceratum, ut fugeret, *vide ibidem n. 21.* ¶ Eximens aliquem de carceribus, eadem pœna tenetur, qua tenebatur exemptus. *Hieron. Magon. deciſ. 90. Luc. vide Papon. libr. 23. tit. 3.* ¶ Commentarienſis quis, & unde dictus, & cuſtos carceris, qua pœna puniatur, ſi carcerati fugerint, & quando excuſetur, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 302.* ¶ Nobilis inquiſitus de crimine, & detentus in palatio, ſi aufugiat, excuſatur Officialis: quia potuit de eo confidere, illum ſic detinendo. *Gram. deciſ. 14. n. 3. & Boer. deciſion. 217. n. 9.* ¶ Relaxans à carcere delatum, vel compeditatum, incidit in crimen legis Juliæ, & punitur pœna capitali. *Guid. Pap. qu. 437. n. 5. Marc. de Mant. ſing. 241.* ¶ Aliquando tamen ſolummodo punitur pœna pecuniaria. *idem Guid. qu. 579.* ¶ Carceratus ſub ſola cuſtodia fugiens, effractoris pœna punitur: nam carceratus dicitur, qui ſub arreſto eſt & fugiens punitur Judicis arbitrio, *Menoch. de Arbit. caſ. 301. n. 7.* ¶ Carceratus fugiens, ſi capiatur, pœna effractoris punitur, ſecus ſi ſponte poſt fugam teverſus eſt. *Menoch. ibid. n. 12.* ¶ Carceris effracti pœna non habet locum, ubi cuſtodis negligentia, carceratus aufugit. *Natt. conſ. 499. n. 15.* ¶ Carceris violator eſt, qui non per oſtium, ſed per muros exit, & pœnas capitis tenetur, quod intelligas, *ut per Natt. conſ. 469. n. 16.*

Cap. V. Miſcellanea.

Mortuus in carcere, an præſumatur periiſſe culpa carcerarii, *vide Boer. deciſion. 216.* ¶ Fuga quando purgetur per reverſionem, *vide Boer. d. deciſ. 215. n. 26.*

TITULUS CCXCII.

De carceratorum expenſis.

CArcerati pauperes pro crimine à Fiſco debent ali. *Afflict. deciſ. 71.* alias captus debet ſibi facere expenſas, aut à ſuis alendus. *Afflict. ibid.* Ubi plene de alimentis carceratis præſtandis. ¶ Carceratus pauper, qui non habet expenſas à ſuis creditoribus, habet remedium, ut cedat bonis, & liberetur à carcere. *Afflict. d. deciſ. 71. num. fin.* ¶ Commentarienſis pro expenſis, & ſalario cuſtodiæ, non poteſt retinere carceratum relaxatum à Judice, & hoc de jure; ſecus de conſuetudine. *Guid. Pap. qu. 448. vide Papon. lib. 24. tit. arreſt. & D. Sol. in conſtitut. antiq. Sabaudiæ fol. 133.* ¶ Ad hæredem occiſi pertinet expenſas ſolvere factas, per occiſores in carcere, quando ipſe hæres fuit auctor in inquirendo, & accuſando, ac proceſſum faciendo, & hujuſmodi. *Boer. deciſion. 303. num. 10.* ¶ Solicitator cauſæ civilis, vel criminalis, ad in carcerati expenſas non tenetur. *Franc. Marc. qu. 199. part. 2.* ¶ Expenſæ factæ pro carcerato in carcere, an à Fiſco, vel à parte læſa agente civiliter ad intereſſe, ſolvi debeant, *vide Papon lib. 24. titul. 4. arreſt. 2.* ¶ Maritus accuſans uxorem de adulterio, tenetur ſolvere expenſas ipſius uxoris, vel conſentire, ut pro illis fiat alienatio partis dotis. *Papon. lib. 24. tit. 6. arreſt. 21.*

TITULUS CCXCIII.

A carceribus, & ab arreſto, quando, & quomodo rei debeant relaxari,

Cap. I. Qui relaxari poſſit, vel non.

ACcuſatus de crimine capitali carceratus, debet à carceribus (præſtita cautione) relaxari ante ſententiam, poſtquam ex probationibus illum non deliquiſſe conſtat. *idem Roman. ſing. 490. Petr. de Raven. ſing. 39. & Hippol. ſingul. 381.* Cautio juratoria, an ſufficiat carcerato ob mulctam civilem, ut à detentione carceris liberetur, *vide Boer. deciſ. 349.* ¶ Ubi pœna imponenda venit pecuniaria & in ejus defectum corporalis, reus poteſt relaxari, datis fidejuſſoribus. *Ozaſc. deciſ. 18. vide tamen Hieron. Magon. deciſ. 42. Luc. Rot. Avenio deciſion. 5. in deciſ. diverſo. Tom. 3. Bartol. in l. pamtu. ff. quib. mod. pign. & hypothe. ſolvat. & in l. 1. ff. de cuſtod. & exhib. reo.* ¶ Quando rei debeant relaxari, ſaltem media cautione, *vide D. Sol. in antiq. conſtitut. Sabaudia gl. ſuper 2. part. decreti, ne fuga, tit. de accuſatio fol. 169. Franc. Marc. q. 902. & Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 303.* ¶ Reſponſionibus datis per reum, Judex deliberare debet, an ille ſit carceribus cuſtodiendus, vel relaxandus. *D. Sol. in dd. conſtit. antiq. Sabaudia gl. ſuper 2. part. decreti. ne fuga tit. de accuſat. fol. 169.* ¶ Relaxandus eſt reus, ubi crimen non eximit pœnâ corporis afflictivâ, vel ſi non conſtet eſſe culpoſum, delicti, pro quo detinetur, & in dubio ſemper Judex inclinare debet in relaxatione, vel ſaltem illi aſſignare Civitatem pro carcere. *idem D. Sola ibid. n. 5.* ¶ Quando rei debeant relaxari, *vide per tot. tit. ff. de cuſtod. & exhibition. reo.* ¶ Arbitrarium eſt, an quis ſit fidejuſſoribus relaxandus. *Rot. Avenio. deciſ. 5. n. 4. in dec. diverſo.* ¶ Statutum de carceratis relaxandis, non porrigitur ad carceratos ob crimen falſi, niſi expreſſe dictum ſit. *Marc. de Mant. ſing. 16.*

Vel non.

Carceres, qui ſemel aufugit, poſtmodum captus, fidejuſſoribus relaxari non debet. *Jo. Ant. Trig. ſing. 48.* ¶ Falſarius è carceribus non eſt liberandus ob pacem, & publicam lætitiam. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 302. n. fin.* ¶ Faciens injuriam Doctori non relaxatur, data cautione, ſed debet detineri in carceribus uſque ad finem cauſæ, *ead. Rot. Avenio. deciſion. 58.* ¶ Pœna quando corporalis eſt, reus non eſt relaxandus, datis fidejuſſoribus, aut pignoribus. *Ozaſc. deciſ. 18. Capic. deciſ. 30. D. Sol in dd. ſuis comment. gl. ſuper 2. part. d. decreti, ne fuga n. fin. & Rol. conſ. 28. vol. 1. vide tamen Hartm. c. 2. tit. de accuſatio lib. 2.* Sed tunc debet in carcere cuſtodiri. *Franc. Marc. q. 681. num. 7.* Verum in aliis criminalibus cauſis, quis relaxandus eſt, datis fidejuſſorib. *Ozaſc. deciſ. 70. Bartol. in l. eos, qui 6. §. ſuper his. C. de appellatio.* ¶ Accuſatus de falſo non poteſt ſub fidejuſſore relaxari. *Magon. deciſ. 42. Luc.*

Cap. II. Quando teneatur fidejuſſor.

Fidejuſſor non poteſt obligari ad pœnam corporalem rei principalis, aliquando tamen poteſt ſe obligare pro principali ad ipſam pœnam, *vide Menoch. de Arbitr. caſ. 303. n. 16. & 17.* ¶ Judicis arbitrio punitur fidejuſſor, cum reus ſub ejus fidejuſſione relaxatus aufugit, & qui ſub certa pœna promiſit reum præſentare illam ſolam pœnam ſolvit, reo fugiente. *Menoch. ibid. caſ. 304.* ¶ Fidejuſſor intervenire non poteſt in cauſa criminali, ubi debet imponi pœna mortis: ſed contraria conſuetudo valet. *Lud. Rom. ſing. 129.*

TITULUS CCXCIV.

De indiciis.

Cap. I. Indicium. Quid ſit.

INdicium eſſe dicitur conjectura ex probabilibus, & non neceſſariis orta, à quibus poteſt abeſſe veritas, ſed non veriſimilitudo: nam præſumptiones legum rebus non veriſimilibus accommodari non debent. *vide Franc. Mant. de conject. ult. volunt. libr. 1. tit. 1.* ¶ Indiciorum gradus, qui ſint, & quæ indicia ſufficiant ad inquirendum, quæ ad inquiſitionem formandam, quæ ad torturam, & quæ ad condemnationem, *vide Clar. in ſua Pract. §. fin. quæſt. 20. D. Sol. in conſtitut. antiq. Sabaudiæ fol. 160.* ¶ Indicium duplex vehemens, & non vehemens, *Boer. deciſion. 164. num. 4.* ¶ Sicut ad condemnandum in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores, ita indicia in ſua ſpecie, & genere ſuo ad torturam,

turam, debent esse clara, & talia, quæ de jure subsistant: nam indicia debent esse certa, verisimilia, & probabiliter concludentia, adeo quod Judex sit quasi certus. *Roland. consil 24. num. 23. vol. 1. consil. 3. vol. 3. Menoch. consil. 283. lib. 3. & Cravet. consil. 6. num. 12.* ¶ Indicia licet sint arbitraria, attamen debent esse legitima, & juri conformia, ab illoque approbata. *Ozasc. decis. 79. num. 56.* ¶ Indicia ad torturam debent esse gravia, quando reus habet aliqua indicia pro se. *Natt. consil. 394.* Ubi plene de oppositionibus, quæ possunt fieri contra testes ad evadendam torturam, *vide Perillust. D. P. Thessau. decision. 24.*

Cap. II. Quibus modis probari possit.

Testis unius dictum de visu sufficit ad probandum indicium proximum. *Ozasc. decis. 79. num. 9. Gram. vot. 3. n. 21. Mag[illegible] decis. Luc. 57. n. 4. Bart. in l. 3. C. ad leg. Jul. Majestat. vid[illegible] mm. decision. 28. num. 24. & decision. 34. num. 35. Boer. d[illegible] 3. Papon. lib. 24. tit. 9. arrest. 2. Hippol. sing. 342 eun[illegible] Bartol. in l. inter omnes 26 C. famil. ercisc. in l. 1. & 20 [illegible] quæ l.* Sed indicia proxima quæ dicantur, & quæ remota, *vide Ozasc. d. decis. 79 n. 15.* ¶ Indicia remota regulariter per duos testes probari debent. *Ozasc. d. decis. 79 num. 16. vide Marc. quæst. 253. part. 2. & quæst. 285. Gram. vot. 6 n. 6. Hippol. sing. 476. & Gram. decision 34 n. 35.* ¶ Testib[illegible] laribus suppletur ex aliis præsumptionibus. *Crav[illegible] cons. 35. num. 6.* ¶ Indicia quomodo probentur, *vid[illegible] ar. in sua Pract. § fin. q. 22.* A quibus personis, & qua solemnitate sumi debeant, *vide ib. q. 23* ¶ Quando probatur indicium per plures testes, non requiritur, quod sint omni exceptione majores. *Crav. cons. 35. n. 19.* ¶ Veritas quando aliter haberi non potest, admittuntur testes inhabiles, sed quando, *vide Rol. d. cons. 3. num. 44.* ¶ Probatio per conjecturas in casibus clandestini (veluti in furto) dicitur manifesta. *Petr. Gerar. sing. 8.*

Cap. III. Quæ faciant indicium, & præsumptionem, vel non.

Dictum unius testis ita demum facit indicium ad torturam, si ille sit omni exceptione major, & contra ipsum nihil possit opponi, deponatque de visu, & de negotio principali, nec aliæ circumstantiæ resistant. *Franc. Marc. quæst. 485. num. 13. part. 1. & q. 182. part. 2. Cravet. consil. 6. num. 12. & consil. 9. num. 11. Clar. in sua Pract. § fin. quæst. 21. & quæst. 22. vide Lud. à Pegne. in suis qu. crimin. cap. 17. Capic. decis. 126. eundem Cravet. consilio. 99. Roland. cons. 7. & 24. num. 36. vol. 1. cons. 3. vol. 3. num. 38. & consil 57. num. 34. volum. 4.* Sed quando testis dicatur omni exceptione major, *vide Marc. quæst. 485. num 13.* ¶ Ultra præmissa ad hoc, ut dictum unius testis faciat indicium ad torturam, debent alia indicia concurrere, *secundum Cassan. in consuet. Burg. tit. des Justices Rub. 1. § 6. gl. 3. num. 7.* ¶ Officialis habens arbitrium ad depositionem unius testis, etiam non omni exceptione majoris, potest inquisitum torquere, indiciis tamen præcedentibus. *Gram. decis. 34. num. 91. Menoch. de Arbitr. quæst. 84. vide Bartol. in l. 3. C. ad. leg. Jul. Majest.* ¶ Minor licet non admittatur in testem in criminalibus, tamen tortus facit indicium. *Bartol. in l. de minore 10. ff. de quæstio.* ¶ Testes infames, seu viles, & blasphematores, licet non probent contra inquisitum quoad condemnationem, secus tamen est quoad quæstionem inferendam. *Gram. decis. 11. num. 9. decis. 34. n. 51. & vot. 25. vide nihilominus Franc. Marc. q. 182 part. 2.* ¶ Testes examinati, parte non vocata, licet non probent, attamen faciunt argumentum, seu indicium. *Gram. decis. 11. n. 13.* Etiam non repetit. *idem Gram. decis. 34. n. 33.* Verum quod informationes secretæ, parte non vocata, sumptæ, nullius sint momenti, *tradit Marc. qu. 187 n. fin. part. 2.* ¶ Assertioni mandatarii, & dicto creditur contra assassinum mandantem, aliis concurrentibus. *Gram. vot. 32.* Sed quando illi non credatur, *vide ibid. num. 8.* Verum quale indicium faciat mandatarius contra mandantem, deponens de mandato occidendi, *vide Roland. consil. 14. vol. 4.* ¶ Judicium ad torturam contra mandantem videtur sufficere, quando mandans visus fuit prope locum cædis. *Natt. cons. 422. n. 22.* Vel erat solitus similia perpetrare. *idem ibid. n. 24.* ¶ Mandatum an inducatur, si dominus famulo dicat, nunquam revertaris domum, nisi sententiam novam de iniuria tibi facta, *vide Lud. Rom sing. 719.* ¶ Assertioni vulnerati constituti in articulo mortis, & dicenti se vulneratum ab aliquo, an sit standum, *vide Gram. decision. 42. num. 7. Pet. Gerar. singul. 55. & Clar. in sua Pract. crimin. § fin. quæstion. 21.* Pro parte negativa scripserunt. *Boer. decision. 90. num. 7. Roland. cons. 37. volum. 2. Natt. consil. 354. & Marc. de Mant. singul. 249.* Tamen quod talis assertio faciat indicium ad torturam, tradunt. *Grammat. d. decision. 42. num. 9. Dec. consil. 363. Hippol. singul. 22. & sing. 516. & Amanel de Clarisaqnis sing. 36.* Concurrentibus aliis indiciis. *Joseph. Lud. decision. Luc. 62.* Alias inculpatio defuncti non facit indicium ad torturam, sed solum ad inquirendum. *Rot. Avenio. decis. 93. num. 5. & 7. in decision. diverso. Tom. 3. Lud. à Pegne. in suis quæstion. crimin. cap. 17. num. 5.* Et ita non esse credendum assertioni moribundi, pronunciavit Senatus Mediol. ut testatur *Alexand. Raud. tractat. de Analog. capit. 31. num. 38.* Licet constitutus in articulo mortis non præsumatur mentiri. *Gram. decision 34. num. 38* ¶ Inculpatio socii in certis casibus specialibus, facit indicium ad torturam, *vide Marc. quæst. 250. num. fin. part. 2. Papon. lib. 24. tit. 8. arrest. 5. Ludov. à Pegne. in suis quæst. crim. cap. 5.* Aliis tamen adminiculis concurrentibus, & non aliter. *Gram. vot. 6.* ¶ Etiam in casibus, in quibus particeps criminis admittitur in testimonium contra socios, dictum illius facit solum qualemqualem præsumptionem, quæ non est sufficiens ad torturam. *Gom. Leo. decis. 28. in dec. diverso vide Lud. à Pegno. in suis quæst. crim. cap. 5. Gram. dec. 28. n. 20.* Nisi alia indicia præcedant. *idem Gram. decision. 56.* ¶ Indicia sufficientia ad torturam, quæ sint, & qualia esse debeant, *vide Bart. in l. qui sine 22. ff. de quæstion. Menoch. de Arbit. libr. 2. cas. 270. Cravet. consil. 90. & consil. 260. Decis. consil. 363.* Et illa esse arbitraria, tradunt *Franc. Marc. quæstion. 904. & Marc. de Mant. singul. 3.* ¶ Quale indicium faciat socius criminis, *vide Natt. cons. 298. & cons. 668. Roland. cons. 16. 51. & 73. vol. 1.* ¶ Testis unus infamis (etiam in crimine læsæ Majestatis) ut faciat indicium ad torturam, duo requiruntur. *Ozasc. d. decis. 79. num 36.* ¶ Testis etiam infamis & alias inhabilis, si de facto proprio attestetur, facit semiplenam probationem. *Dec. cons. 363.* Sed contra Dec. tenet Rol. *cons 7. volum. 1. & cons. 3. vol. 3.* ¶ Delictum non plene probatur per ministros capientes delinquentem; quia solum faciunt indicium ad torturam. *Vincent. de Franc. decision. 579. part. 1.* ¶ Testes corrupti faciunt indicium ad torturam contra corruptorem. *Papon. lib. 22. titul. 13. arrest. 2.* ¶ Testes singulares faciunt semiplenam probationem, aut saltem præsumptionem: & potest Judex induci ad plene credendum testibus singularibus. *Crav. d. cons 35. n. 15.* ¶ Testes examinati contra unum contra alium faciunt indicium. *Bartol. in l. à sententia 5. ff. de appellatio.* ¶ Testes audientes clamorem occisi, faciunt indicium, sed quale, *vide Pap. lib 24. tit. 9. arrest. 6.* Et de indicio duorum puerorum contra patrem *vide ibid. arrest. 7.* ¶ Licet impuberes non sint idonei testes in maleficiis ad plene probandum, tamen quoad indicia possunt examinari. *Guid. Papon. singul. 484. & Bartol. in l. cum Syllanianum 12. C. de his, quibus ut indig. hæred. aufer.* Et faciunt indicium. *Capel. Thol. quæst. 238. vide tamen Marc. quæst. 182. part. 2.* Et quid de muliere. *vide ibidem num. 1.* ¶ Assertio vulnerati in articulo mortis, an faciat indicium ad torturam. *Andr. Fach. lib. 9. cont. c. 90.* ¶ Stuprati depositio in nefando crimine, an faciat indicium ad torturam, & an valeat sine tortura? *D. Gasp. Thessau. q. Foren. quæst. 35. lib. 2.*

¶ San-

¶ Sanguis ex occifo fluens in præfentia accufati, eft indicium fufficiens ad torturam. *Boer. decif. 166. vide Franc. Marc. q. 183 part. 1. & q. 190. part. 2. Pap. lib. 24. tit. 9. arreft. 5. Raud. tractat. de Analog. c. 31. n. 43. & Perilluft. D. P. Theffan. dec. 173.* E contra, facit ad excufationem inquifiti. *Marc. ibid. qq 183. & 190.* ¶ Fugiens cum gladio evaginato facit, ut illa fuga arguat homicidium, de quo poftea fiebat inquifitio *Gram. dec. 42. n 4. vide Bart. in l. fur. 3. ff. de furtis.* Et torturæ indicium eft fufficiens, fi quis cum gladio evaginato vifus fit fugere de domo occifi. *Boer. decif. 166. n. 2.* Sed quid, fi quis vifus fuerit cum gladio fanguinolento, *vide Clar. in fua Pract. crim. §. fin. q. 21. verf. fi aliquis.* ¶ Minæ faciunt indicium ad torturam; item effigies, feu forma pedum illius, qui inculpatur, facta comparatione; item quando fur dimififfet in loco delicti fotularem. *Boer. dec. 166.* ¶ Veftis omiffa, vel aliud indumentum repertum apud occifum, facit indicium ad torturam contra eum, cujus erat veftis. *Papon lib. 24. tit. 9. arreft. 4.* Sed de pluribus aliis indiciis, quæ poffunt adduci contra delinquentem, *vide ibid. arreft. 5. & Raud. tractat. de Analog. c. 31. n. 48.* ¶ Quando minæ, & alia jactantia faciant indicia ad torturam, *vide Magon. decif. Luc. 89. Lud. à Pegne, in fuis q. cap. 17. num. 11. Clar. in fua Pract. § final. quæft. 21. verf. minæ, & D. P. Theffan. decif. 24.* ¶ Minæ cum inimicitia, faciunt indicium ad torturam, imo minus, odio, & maleficio ftatim fecuto concurrentibus, delictum plene probatur. *Cravet. conf. 35. vide Natt. confil. 42. & 43. Tom. 1.* Et quid factum præfumitur in executionem minarum præcedentium. *vide Cravet. d. conf. 35. num. 16.* ¶ Minæ ita demum faciunt præfumptionem, quando funt factæ in fpecie, & inde perpetratum fuit delictum. *Dec. confil. 189. num. 14.* Prout minæ fonabant, & ubi quis confuevit minas exequi. *vide Natt. confil. 42. & 43. Tom. 1.* ¶ Ex jactantia cujufque indicium poteft fumi ad torturam fofficiens, quod tamen Judicis arbitrio relinquitur. *Marc. de Mant. fing. 305.* ¶ Si aliquis minatus fuerit alteri mortem, vel verbera, & poftea talis minatus repertus fuerit mortuus, ex iftis refultat præfumptio contra minantem, ex qua poterit torqueri. *Harm. c. 4. tit. de præfumptio. lib. 1.* ¶ Contra Notarios poffunt adduci decem indicia ad detegendas falfitates, de quibus *per Joseph. Ludov. decifion. Luc. 13.* ¶ Fuga, & fama quam probationem faciant, & indicia, *vide Marc. q 184 part. 2. Cravet. conf. 260.* Et de indicio refultante ex fuga, *vide infra tit. prox.* ¶ Quæ requirantur ut quis dicatur effe malæ vocis, conditionis, & famæ. *Natt. conf. 362. n. 7.* ¶ Fama vehemens fola facit indicium ad torturam. *Hippol. fingul. 97. Gram. decif. 34. n. 52. vide Clar. in fua Pract. crim. §. fin. qu. 21.* ¶ Indicium ad torturam habetur ex eo, quod quis eft malæ conditionis, & famæ & converfatur in domo, in qua furtum fuerat commiffum. *Natt. conf. 422. n. 23.* ¶ Vehemens infamia etiam fine alio indicio, fufficit ad torturam. *Hipp. fing. 205. num. 4.* ¶ Confeffio extrajudicialis, ut indicium faciat, debet probari per duos teftes. *Ozafc. decif. 79. n. 29.* ¶ Ex confeffione facta coram uno Judice (poftea negata) confitens poteft torqueri. *Papon, lib. 24. tit. 9. arreft. 3.* ¶ Facta confeffio coram Judice incompetenti, facit indicium ad torturam. *Boer. decif. 90.* Exceptis certis cafibus, de quibus, *vide per Rol. conf. 31. vol. 3.* Sed quid in extrajudiciali, *vide Boer. d. decifion. 90. Ægid Bellam concl. 720. Bart. in l. 5. ff. de his, qui nota. infam. Hipp. fing. 310. Jo. Ant. Trig. fing. 43. Alvif. de Albert. fing. 66. & Guid. Pap. q. 120.* ¶ Si confeffio facta extra judicium fuerit revocata (quod fieri poteft etiam nullo probato errore. *Jo. de Arnol. fing. 94.*) an faciat indicium ad torturam, *vide Boer. d. dec 90. n. 9.* Pro negativa, tenent. *Hipp. fing. 310. & Jo. Ant. Trig. fing. 43.* ¶ Confeffio extrajudicialis perfecte probata in fua fpecie, facit indicium ad torturam, fecus fi folum effet probata in genere: quia debet effe certa, & liquida, *Ludov. à Pegne. in fuis quæft. crim. cap. 17.* Et tunc non folum facit indicium ad torturam, fed etiam plenam fidem *Hippol. fing. 594.* ¶ Socii criminis (licet plures) inculpantes nominatim unum, non tantum probant, quantum probaret dictum unius teftis de vifu, qui facit fufficiens indicium. *Gram. decifion. 28. n. 18.* ¶ Ad hoc ut credatur participi criminis, etiam in cafibus exceptis, ultra alia adminicula, & conjecturas, requiritur, vel quod ex numero teftium, vel ex eorum qualitate, aut ex perfona eorum, contra quos illi deponunt, verifimiliter fit eos non mentiri, *Roland. confil. 73. num. 25.* ¶ Indicium ad torturam, an refultet ex dicto inimici non capitalis deponentis & vifu, relinquitur arbitrio Judicis. *Gram. dec. 34. num. 19.* ¶ Inimicus occifi fi apparatum fecerit, & præter confuetudinem per loca infolita vifus fit deambulare, fufpicione non caret. *Marc. quæft. 181. n. 10. part. 2.* ¶ Quod indicium faciat pax facta cum offenfo, *vide per Clar. in fua Pract. §. fin. qu. 20. verf. prox.* ¶ Inimicitia, an fit indicium fufficiens ad torturam, *vide Perilluftr. D. P. Theffan. decifion. 24.* ¶ De indicio refultante ex inimicitia, *vide per Lud. à Pegne. in fuis quæft. c. 17. num. 8. & Clar. d. quæft. 21.* ¶ Homo, qui inimicum capitalem habebat, fi in via occifus inveniatur, & ignoretur à quo fuerit occifus, præfumitur ab inimico interfectus, quoad torturam. *Marc. quæft. 766. part. 2.* ¶ Inimicus præfumitur dediffe damnum, ubi de malefactore non conftat. *Cravet. conf. 35. num. 3.* ¶ Interfectus ante domum alicujus, ibidem præfumitur interfectus, & eft præfumptio contra dominum domus. *Bart. in l. 3. ff. de via publ. & itiner. publ. reficie.* ¶ Muliere noctu interfecta, eft præfumptio contra maritum, ut is illam occiderit: ideo concurrentibus aliquibus indiciis, poterit torqueri. *Boer. decif. 261.* ¶ Mendacium, & variatio, quando faciant indicium ad torturam, *vide Ozafc. decif 79. num. 17. & Marc. q. 62. part. 2.* ¶ Argumentum à communiter accidentibus in civilibus & criminalibus, adeo validum eft, quod faciat indicium indubitatum. *Hipp. fing. 1.* ¶ Interfectus fi quis reperiatur, & ignoretur per quem, præfumptio eft contra illum, qui circa eum effe confueverat. *Amanel. de Clar. fingul. 47.* ¶ Reverfus fine focio, qui ignoratur ubi fit, habet præfumptionem homicidii contra fe, *idem fingul. 49.* ¶ Indicia alias vigentia per fingulares teftes probata funt fufficientia ad torturam. *Gram. decifion. 34. num. 50.* ¶ Inimicus capitalis dicitur is, contra quem fuit expofita querela: & inimicitia capitalis fufficit ad indicium torturæ, & colligitur ex juris præfumptione inter litigantes. *Gram. decif. 33. num. 5. 6. & 8.* ¶ Trepidatio, inconftantia, & titubatio, faciunt indicium contra inquifitum: item erubefcere, pallere, & inconftanter loqui, funt figna malæ confcientiæ. *Gram. vot. 30.* ¶ Indicium quid proprie appelletur: & indicia quando dicantur fufficientia ad torturam non poteft dari reg. certa, fed omnia funt relinquenda Judicis arbitrio, *Mynfing. obferv 97. cent. 6.*

Vel non.

Teftes ubi in aliqua caufa funt de vifu, & aliquid de fama publica, fi deponentes de vifu repulfentur, illi, qui de fama publica depofuerunt non erunt fufficientes ad torturam. *Gram. decif. 34. n. 54.* ¶ Quando focius criminis alias non eft idoneus teftis (veluti fi effet periurus) non facit præfumptionem ad inquirendum. *Roland. confil 58. num. 34. vol. 1.* Vel alias fuerit infamatus de alio delicto. *idem Roland. conf. 73. num. 24. vol. 4. & confil. 3. num. 51. vol. 3.* Sed quid focio criminis, qui aliquem inculpaverat, & poftea quando erat moriturus in furca, illum exculpaverit, *vide Hippol. fing. 382.* ¶ Socius criminis regulariter de confociis interrogari non poteft nec facit indicium ad inquirendum. *Mann. in fuo Spec. de ordinar. judicio part. 6. titul. & pervenitur aliquando per viam inquifitionis, num. 23.*

Dec.

Dec. consil. 189. num. 6. Hippol. sing. 209. vide Gram. decis. 28. num. 19. & 22. Clar. d. qu. 21. Fallit in pluribus casibus; in quibus quid debeant observare Judex, reus, & interrogatus, & de materia, *vide fuse per Lud. à Pegue. in suis qu. crim. cap. 5. & 37.* ¶ Testis varius de jure non facit aliquam fidem, sed de consuetudine aliter servatur, *vide Rot. Avenio. decis. 98. in decisio diverso.* ¶ Socius criminis non facit indicium ad torturam, etiam in casibus exceptis, in quibus de consociis interrogari potest, nisi id deponat in tortura, & in depositione perseveret. *Ozas. decis. 79. num. 37. Marc. qu. 325. part. 2. Rolan. consilio 51. num. 26. & consil. 73. num. 22. vide Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. quaest. 21.* Et adsint alia indicia. *Gram. decision. 8. num. 10. 14. 16. & 17.* Tamen licet non faciat indicium ad torturam, facit nihilominus qualemqualem praesumptionem, & juncta alia praesumptione, resultat sufficiens indicium ad ipsam torturam: idem, si essent duo aut tres socii *Boer. decisio 319 vide Franc. Mar. quaestione 182. num. 12. part. 2. Cravet. consil. 178. & Rolan. consilio 73. volum. 1. num. 20. & consil. 57. vol. 4. num. 37. Hippol. sing. 209. & Clar. in d. §. fin. q. 21.* ¶ Testes examinati, qui non debuerant examinari, non faciunt indicium. *Mar. q. 182. num. 5. p. 2. vide Hippol. sing. 198. Bartol. in l. 1. §. divus. & l. maritus 20 ff. de q.* ¶ Testis unus instrumentarius contradicens instrumento, non facit indicium ad torturam; licet Bal. contrarium teneat. *Menoch. de Arbitra. lib. 1. cas. 105. nu. 14.* ¶ Licet laicus non faciat probationem contra Clericum, facit tamen indicium ad torturam. *Hippol. sing. 98.* ¶ Indicium tollitur ex eo, quod quis fuerit in actis pronunciatus bonae vocis, conditionis, & famae. *Ozas. decis. 72. nu. fin. Bart. in l. 3. §. sed & si ex ff. de re milit. Gram. dec. 60. nu. 12. & Franc. Marc. quaest. 282. p. 2.* ¶ Indicia qualiter elidantur per contraria pro reo facientia, *vide Boer. dec. 165. Gram vot. 3. & 30 Mar. qu. 282. Jas. in l si potest, n. 82. ff. de aquir. haered.* ¶ Experientia per divinationem indicium non facit. *Mar. qu. 183. nu. fin. p. 2.* ¶ Unum indicium ad torturam non sufficit. *Marc. q. 253. p. 2.* Quando agitur contra personam honestam. *Crav. cons. 244. n. 8.* Alias secus. *idem Crav. cons. 35. Guid. Pap. sing. l. 490. Anton. Columb. singul. 5. & Bart. in l. 3. C. ad leg. Jul. Majest.* ¶ Indicia contraria purgantur, per indicia consanguinitatis, & amicitiae, juncta bona fama. *Franc. Marc. q. 325. par. 2.* ¶ Depositiones testium tormentatorum absque indiciis nihil valent, nec faciunt indicium contra illum, contra quem deponunt, *Gram. vot. 6. num. 10.* ¶ Morientis, seu offensi exculpatio in favorem alicujus inculpati, contra quem erant indicia facit praesumptionem innocentiae. *Gram. vot. 24. num. 14. vide Petr. Gerard. sing. 55.* ¶ Accommodatio armorum non est sufficiens indicium, nisi simul probetur dolus. *Pap. lib. 24. tit. 9. & arrest. 4.* ¶ Una praesumptio tollit alteram, & fortior tollit debiliorem: & illa dicitur fortior, quae est pro reo. *Cravett. cons. 8. nu. 9. & cons. 99. vide Rolan. cons. 7. vol. 1. & Jas. in l. 1. n. 11. C. commun. de lega.* ¶ Socius criminis non admittitur contra socium, nisi ubi aliter veritas haberi non possit, actu, nec habitu. *Rol. d. cons. 73. nu. 26.* ¶ Fama sola non facit sufficiens indicium ad torturam. *Capel. Tholos. qu. 380. n. fi. in addition Natt. cons. 362. nu. 7. Hippol. sing. 97. vide Gram. vot. 30. n. 3. Lud. à Pegue in suis quaest. criminal. cap. 17. nu. 12. & supra tit. de voce, & fama.* ¶ Quando indicia sunt remota plura requiruntur antequam perveniatur ad torturam, secus si sint propinqua. *Marc. qu. 99. part. 2.* ¶ Testibus deponentibus se falsum testimonium tulisse precibus alicujus, in nullo creditur: ideo illi non faciunt indicium ad torturam contra diffamatum. *Rol. cons. 16 vol. 1.* ¶ Inimicus testis repellitur, nec facit indicium ad torturam, quod procedit etiam inimico reconciliato. *Rol. cons. 24. vol. 1.* Sed quae, & qualis esse debeat causa, ut testis reputetur inimicus, *vide ibid.*

¶ Testibus deponentibus se cognovisse talem de nocte ad vocem, quam notam illi habeant, aliqualiter diminuitur de fide. *Rol. cons. 3. vol. 3. n. 42.* ¶ Perjurus non admittitur in testem: ideo duo testes perjuri deponentes de homicidio, non faciunt indicium ad torturam contra accusatum de ipso homicidio. *Rol. cons. 57. vol 4. vide Crav. cons. 6. n. 14.* ¶ Furtum si sit factum in apotheca, quae sit intra domum, ex hoc non resultat sufficiens indicium ad torturam contra illos de domo, nisi sint malae vocis, conditionis, & famae. *Natt. cons. 362. Rol. cons. 45. vol. 1. n. 42.* Sed quid, si res furtiva reperiatur penes aliquem, & an ex hoc resultet indicium ad torturam. *vide Rol. ibid. n. 89. & Clar in sua Pract. §. fin q. 21.* ¶ Experientiae, quae fiunt ad inveniendum furtum, non sunt ad torturam sufficientes, licet permittatur Judici facere ipsas experientias naturales (pro delicti investigatione) non maleficas, *Franc. Marc. q. 516. n. 14.* ¶ Reus probans fuisse alio loco longe distanti à loco delicti, se purgat ab indiciis. *Marc. q. 282. p. 2.* ¶ Contra inimicum lex praesumit omne malum. *Gram. vot. 30.* Tamen inimicitiae indicium non est sufficiens ad torturam. *Gram. ibid. num. 20. vide Ozas. dec. 79. n. 6.* Nisi ille esset capitalis, vel fuerit, quaest. omnium bonorum, aut majoris partis. *Natt. cons. 499. n. 6. & Gram. dec. 28. n. 5.* ¶ Ex quibus contrariis conjecturis possit tolli indicium inimicitiae, *vide eundem Gram. vot. 34. n. 4.* ¶ Testis unius tantum depositio, quae potius respicit adminicula ad delictum, quam immediate ipsum delictum, non sufficit, ut indicium faciat ad torturam. *Ozas. dec. 79. n. 31.*

Cap. IV. Dictum, depositio: Quos effectus producant.

Probatio plena resultat contra inquisitum ex pluribus indiciis simul junctis: quia & si non prosint singula multa juvant, ne dum quoad torturam, sed etiam quoad condemnationem. *Gram. dec. 11. num 17. & decis. 42. vide Boer. decis. 164. & Clar. in sua Pract. §. fin. q. 21.* ¶ Depositioni factae in tortura, licet sit standum quando testis est contrarius, tamen id sane intelligi debet si alius non obstet defectus; alias secus, *Rol. cons. 3. n. 50. vol. 3.* ¶ Statur primo dicto, & non secundo, quando primum dictum est magis verisimile, quia confirmatum, & ratificatum. *Rol. cons. 73. vol. 1 sing. 34.*

Cap. V. Quae praesumantur, vel non.

Indicium sufficiens ad torturam non facit inquisiti mendacium. *Natt. cons. 499. n. 7.* Verum indicium facere mendacium, inconstantiam, vacillationem, & trepidationem, tradit *Clar. in sua Pract. qu. 21. vers. mendacium, vide Perillust. D. P. Thessan. dec. 24.* ¶ Dum quis condemnatur ex praesumtione juris de crimine gravissimo, dicitur condemnari ex violenta praesumptione. *Gram. dec. 42.* Et tunc debet condemnatio multum temperari. *Gram. ibid.* ¶ Duae praesumptiones cum aliis indiciis in criminalibus, faciunt plenam probationem. *Bart. in l. 2. §. atas ff de excusa. tutor.* ¶ Ex indiciis praesumitur, an emptor rei furtivae fuerit sciens, vel ignorans. *Bart. in l. 2. Cod. de furt.*

Cap. VI. Qui torqueri possint, vel non.

Contumax super inquisitione delicti, ex illa contumacia potest torqueri. *Gram. dec. 11. num. 15. vide Boer. decis. 163. num. 5.* Ideo bannitus pro delicto, circumscriptis caeteris indiciis, habet indicium contra se ad torturam. *Gram. decis. 34. num. 50. Hippol. singul. 117. vide Clar. in sua Pract. §. fin. quaest. 64. & Roland. consil. 12. vol. 3.* ¶ Indicium ad torturam minus est, quam semiplena probatio, imo minus quam praesumptio: ideo torqueri quis potest ex praesumptionibus. *Cravett. d. cons. 35. num. 17. vide Bart. sing. 66.* Sed indicium, quando faciat semiplenam probationem, *vide Bart. in l. admonendi 31. num. 47. ff. de jurejur.*

¶ Inimicus præfumitur is qui mihi non loquitur, cum effet confuetus loqui, & poteft torqueri, quando quis eft interfectus, & ignoratur à quo. *Natt. conf. 422. n. 19. & 20.* Nam conjectura commiffi criminis adeo urgens oritur ex inimicitia, ut illa fufficiens fit ad torturam. *Menoch. conf. 384. num. 5. lib. 4.* ¶ Quando teftes contradicunt fcripturis Notarii, an Notarius fuper falfitate torqueri poffit, *vide Natt. conf. 392.*

Vel non.

De fe confeffus in tormentis, non debet torqueri in alium, nec creditur ejus teftimonio *l. accufationis 17. C. de accufatio.* ¶ Tortura non eft danda, ftantibus indicis pro & contra. *Boer. d. dec. 165. nu. fin. vide Gram. vot. 34. num. 20. Menoch. conf. 283. lib. 3. Crav. conf. 6. n. 40. & Natt. conf. 362. num. 14.*

Cap. VII. Homicidium. Quando præfumatur.

Homicidium præfumitur perpetraffe vicinus in dubio, & damnum dediffe viatori. *Menoch. de Arbitr. lib. 2 caf. 222.* ¶ Homicidium præfumitur ex præcedenti tractatu de occidendo. *Menoch. ib. caf. 470. num. 20.* ¶ Filius faciens homicidium de perfona, quæ patri injuriam intulerat, non præfumitur facere de mandato patris, nifi homicidium fuiffet perpetratum, patre præfente. *vide Natt. conf. 499.*

Cap. VIII. Mifcellanea.

Indiciorum, & informationum copia, danda eft reo, ut fe defendat. *D. Sol. in conftitut. antiq. Sabaudiæ gloff. 4 fuper decretu, juxta tit. de accufatio. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 78. & Bart. in l. quæ fine 22. ff. de qu.* ¶ Inimicos teftes allegans inquifitus, antequam torqueatur, debet offerre, & probare ipfam inimicitiam incontinenti. *Gram. dec. 34. num. 10.* ¶ Ex converfatione mala, male præfumitur contra aliquem. *Crav. conf. 220.* ¶ Voluntas hominis ex verbis declaratur, & illis confiftit, ficut facies in fpeculo, & in ore. *Crav. conf. 35. n. 6.* ¶ Dolus arguitur ex qualitate temporis contra eum, qui aliquid agit tempore nocturno. *Cravet. ibid. num. 11.* ¶ De oppofitionibus, quæ poffunt fieri contra teftem in favorem rei, *vide Rol. conf. 7. volum. 1. confil. 24. & 312. ibid.* ¶ Indicia conjunguntur, quando tendunt ad unum totum; alias fecus. *Joseph. Ludovic. decifio. Luc. 13. num. 49. vide Ludov. à Pegne. in fuis quæft. crim. cap. 17.* ¶ Animus deliberatus, atque cogitatus occidendi, quibus indiciis, & conjecturis probetur, *vide Menoch. ibid. caf. 361.* ¶ Socii criminis inhabilitas ad probandum, diluitur per revelationem criminis. *Ozaf. decif. 79. n. 7.* ¶ Si quis allocutus fuerit aliquem ad aurem, qui ftatim commiferit homicidium probatum per famam, an illud præfumatur factum de confilio alloquentis, *vide Bartol. in l. fi ventri 8. §. eorum. ff. de privileg. credito.*

TITULUS CCXCV.

De fuga, & indicio ex illa proveniente.

Fuga. Quando purgetur: faciat indicium: Qui fint effectus, &c.

Fuga delinquentis an, & quando faciat indicium ad torturam, *vide Mynfing. obfer. 98. cent. 6. Lud. à Pegne. in fuis quæftio. crimin. c. 17. n. 33. Boer. dec. 215. Hipp. fing. 497. & Matth. Mathef. fing. 145.* ¶ Fuga ante inquifitionem facit indicium ad torturam: fecus effet fi metu criminis poft factam inquifitionem quis aufugeret, vel fi ante inquifitionem fubeffet juftus timor, vel fufpicio vehemens futuræ accufationis. *Andr. Gail. obfervatio. 109. n. 6. lib. 2. Mynfing. obfervatio. 98. cent. 6. Lud. à Pegne. d. cap. 17. n. 30.* Ideo quod dicitur ex fuga induci præfumptionem contra fugientem de delicto, debet limitari, quando quis poftquam fuit de crimine accufatus, quo venit imponenda pœna fanguinis, aufugit, vel ftetit cautus per Civitatem: talis enim excufandus eft, quia jufte facit timendo pœnam fanguinis. *Matth. Mathef fingul. 145. vide Hippol. fingul. 115.* ¶ Fuga proveniens poft delictum, Præfumptionem, & indicium facit. *Fran. Marc. quæft. 626. nu. 4. p. 2.* Et facit quem fufpectum, ita ut ftetur facramento actoris contra eum. *Bartol. in §. jubemus. Authen. decollatio.* ¶ Fugiens, an habeatur pro convicto, & confeffo, *vide Boer. decif. 215.* ¶ Fuga Officialis facit eum pro confeffo haberi. *Jaff. Lanff. decifio. 102. Bartol. fing. 137. vide Hippol. fing. 115.* ¶ Si ille, qui dicitur commififfe crimen aufugerit, timens ne caperetur, vel poneretur ad torturam, & ob id judex illum pro confeffo habuerit, & condemnaverit ex poftfacto captus, neget fe tale crimen commififfe, & de hoc offerat probationes, audiri debet, quia fola fuga non videtur fufficiens ad condemnationem, nifi præfumptio doli de jure ad illam fufficeret *idem Jaff. dec. 167.* ¶ Fuga purgatur per reverfionem. *Boer. decif. 215. n. 26.* Et fugere non dicitur qui vadit ad Superiorem, *n. 28.* ¶ Judicis incompetentia à fufpecto de fuga, allegari non poteft ad invalidandam capturam. *Cabal. milleloq. 71.* ¶ Fuga, quando præfumptionem aliquam, aut indicium contra aliquem inducit, talis præfumptio è fuga capta, fugientis juramento tollitur. *Hippol. fing. 115.* ¶ Fuga quale indicium faciat, vel ad inquirendum, aut ad torturam, *vide Clar. in fua Pract. §. fi. q. 21.* ¶ Fuga delinquentis contra illum facit indicium, & tribus modis opponitur contra fugientem, de quibus *vide per Clar. in d. q. 21.* ¶ Debitor fufpectus de fuga quis dicatur, quomodo debitoris fugitivi fufpicio probetur, & quo ordine contra illum procedatur, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 1. caf. 87.* Et, an contra illum poffit procedi, ad capturam, *vide eundem ibid. & fupra tit. de exec. perfonali.* ¶ Fuga fola non eft fufficiens probatio maleficii. *Bart. in l. 3. §. utrum. ff. ad Senatufconful. Sylla.* tamen vide eundem *in l. lege Cornelia 25. ibid.* Et fuga quid operetur, vide etiam eundem *Bart. in l. divus 6. n. 4. ff. de cuftod. & exhib. reo.* ¶ Qui, ruptis carceribus, aufugit, punitur de effractione carceris, *vide Bart. in l. 13. eod. tit. & fupra tit. de effract. carcer.* ¶ Delicta, an ex fuga præfumantur, *vide Bart. in l. 1. ff. de bon. eorum qui ante fententiam.*

TITULUS CCXCVI.

De quæftionibus, & tormentis.

Generalia.

De indiciis, ex quibus pervenitur ad quæftionem, *vide fupra in duobus tit. prox.* ¶ De materia quæftionum, *vide per Bart. in fuo tract. de qu. fol. 184.* Et in hac Patria, vide in decreto criminali *tit. della tortura, & tit. dell. appellationi.* ¶ De confeffione facta in tormentis, vel metu tormentorum, *vide infra tit. prox.*

Cap. I. Tortura: Quæftio: Quæ dicatur, vel non.

Negare alimenta, fpecies eft tormenti, idem fi quis ponatur, ubi frigore moriatur. *Capic. dec. 145.* ¶ Gravior eft tortura, & ejus pœna, quam utriufque manus abfcifio. *Capic. dec. 126. n. 6.* ¶ Tortus modice non poteft dici tortus, & tormentum proprie dicitur magnus dolor corporis, & magna afflictio. *Gram. dec. 23. n. 56. vid. Franc. Marc. q. 516. n. 12.*

Quæ requirantur.

Febricitans antequam quæftioni fubjiciatur, quæ requirantur, *vide Marc. q. 790. p. 2.* ¶ Advocati caufæ difputationi quæftionis intereffe debent, non autem, quando infertur tortura. *Marc. q. 906. Bart. in l. 2. C. de Sacrofanct. Eccles. vide Clar. in fua Pract. crimin. §. fi. q. 64. ver. decreta.* ¶ Ante torturam dilationes dandæ funt fui purgandi gratia: & in tormentis certa regula dari non poteft. *Franc. Marc. d. q. 904.* ¶ Quæftio juxta perfonæ qualitatem eft applicanda, & tortura dum interloquitur, modus ipfius exprimendus non eft. *Marc. quæft. 916.*

Cap.

Cap. II. Quando non poſſit perveniri ad torturam.

Ad torturam nunquam pervenitur, niſi in ſubſidium, & quando veritas aliter haberi non poteſt. *Boer. dec. 163. Cravet. conſ. 287. Clar. in ſua Pract. q. 64. vide tamen Franc. Marc. q. 904. par. 1. & qu. 156. p. 2. Gram vot. 1. & 2. Bart. in l. 1. C. de jurejur. propter calum. dand.* Ideo fatuus eſt Judex, qui malefactorem torquet ſuper plene probatis, ſolum enim debet illum torquere ſuper aliis. *vide Boer. d. dec. 163. n. 13.* Nam abſque tortura condemnari quis poteſt (licet non fateatur) ſi fuerit ſuperatus teſtibus. *idem Boer. ibid. nu. 16. & deciſ. 310. Joſeph. Ludo deciſ. Luc. 13. n. 60. DD. de Rota dec. 1. de hæreticis in antiq. alias 875. & Marc. q. 904.* ¶ Si Judex dediſſet torturam alicui, non præcedentibus legitimis indiciis, & talis tortus confeſſus fuerit delictum, nunquam ex ipſa confeſſione (etiam millies ratificata) ſimilis confeſſus poterit condemnari. *Hippol. de Mar. in l. 1 ff. de quæſt. & conſ. 8. nu. 7. inter conſilia crimina. & Marc. qu. 60. p. 2. vide infra tit. prox.* Ea ratione, quia ad torturam non debet deveniri, niſi præcedentibus legitimis indiciis *l. 1. §. item illud, & ibid. gloſſ. ff ad Syllan. Boer. deciſ. 163. Capic. deciſ. 126. n. 4. Papon. lib. 24. tit. 9. arreſt. 2. cum in cap. 6. ex de reg. jur.* Et dictum procedit, etiam in crimine læſæ Majeſtatis. *Ozaſc. dec. 79. nu. 14 Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 83 & Hippol. ſing. 117. (vide tamen Boer. d. deciſ. 163. & Hippol. d. ſing. 117. qui limitant dictum.)* Nec quæſtio poſtea juſtificatur, ſupervenientibus indiciis, *Marc. q. 287. part. 2.* ¶ Ad torturam non pervenitur, etiam exiſtentibus indiciis, ubi allegatur talis defenſio, quæ ſi eſſet probata ceſſaret tortura, ſed eo caſu debet differri. *Gram. vot. 3. num. fin.*

Cap. III. Qui torqueri poſſit, vel non.

Inquiſitus confitens delicta, de quibus indicia urgebant, poteſt (de generali conſuetudine Italiæ) de cæteris interrogari, & torqueri, de quibus indicia non urgent: *Gram. deciſ. 34. num. 34. & vot. 13.* Ideo confitens unum furtum in tortura, præcedentibus legitimis indiciis, data, poteſt de jure torqueri, & interrogari de aliis furtis, ſeu delictis, de quibus nulla extatent indicia. *idem Gram. dec. 48.* ¶ Confitens commiſiſſe delictum ad [illegible] defenſionem, an poſſit torqueri ſuper qualitate adjecta, *vide Gram. vot. 2. & 24.* ¶ Confitens homicidium cum qualitate defenſionis; poteſt torqueri ſuper furto ſibi objecto, etiam non exiſtentibus indiciis ipſius furti, quod procedit de conſuetudine; ſecus de juris ſubtilitate. *Gram. vot. 13.* ¶ An præcedentibus indiciis legitimis, & ſufficientibus, quis poſſit torqueri pro furto parvi valoris pro habenda veritate. *vide Lud. a Pegue. in ſuis qu. crimin. c. 16.* ¶ Notarius non ſervans matricem poteſt torqueri. *Joſeph. Ludov. dec. Luc. 12. n. 15.* Et quando dubitatur de fide inſtrumenti. *ibidem num. 51.* ¶ Teſtis ſecularis in criminalibus vacillans torqueri poteſt, quamvis eſſet in officio, dignitate, & nobilitate conſtitutus. *Capic. dec. 142. n. fi.* Sed limita dictum, *ut ibid. per Capic.* ¶ Quando teſtis poſſit, & debeat torqueri in criminalibus, *vide Franc. Marc. q. 457. p. 1. & qu. [illegible]80. p. 2. Clar. in ſua Pract. §. fin. q. 25. Bart. in l. 18. §. 1 ſtes ff. de q. & in §. & quoniam, Authen. de teſtibus.* ¶ Indiciis legitimis præcedentibus, juſta ſolemnitate obſervata, reum quæſtioni tradi poſſe, ſcribit *Hippol. ſing 55.* ¶ De quibus indiciis vide *ſupra in duobus tit. prox.* ¶ Quando fuit unus occiſus in rixa a pluribus, & ignoratur à quo fuerit occiſus, an aliquis eorum, vel omnes poſſint torqueri, *vide Hippol. ſing. 217.* ¶ Quando domus alicujus vim patitur, qui habent notitiam illius, ſunt ſuſpecti, & poſſunt torqueri. *Bar. in l. dominum 57. ff. de loc. & cond.* ¶ Accuſator, qui crimen læſæ Majeſtatis probavit tantum ſemiplene, vel per indicia, debet torqueri una cum accuſato, & inſtigatoribus, ut veritas eruatur, nullo obſtante privilegio. *l. 8. C. ad leg. Jul. Majeſt.* ¶ Judex poteſt torquere teſtem abſque indiciis, dum ſuſpicatur, quod ſciat veritatem, & non vult revelare. *Gram. vot. 31. num. 21.* ¶ Teſtes viles, & vacillantes, qui offendunt aures Judicis, poſſunt torqueri: *Feli. conſ. 36. n. 6.* ¶ Doctores quando agitur de gravi delicto, quæſtionis privilegio non gaudent: quia reatus omnem tollit honorem. *Marc. q. 707. vide Gram. vot. 1. & vot. 25. & Mathef. ſing. 59. in additio.* ¶ In Regno Franciæ moribus receptum eſt, ut omnes torturæ ſubjiciantur, circumſcripto omni privilegio perſonali, *Rebuff. in conſtient. Reg. gloſſ. 5. in proem. num. 115. f. 31.* Alias milites, Doctores, & Decuriones torqueri non poſſunt, nec valet conſuetudo contraria. *Ludov. Rom. ſing. 494.* Idem in aliis, qui ſunt in dignitate poſiti, *Pet. de Raven. ſing. 823. Bar. in l. 1. C. de dignitatibus & in l. omnes 33. de Decurio lib. 11.* Et in caſibus, in quibus poſſunt torqueri, debent prius degradari. *Hippol. ſing. 556.* ¶ Privilegio quocunque dignitatis non obſtante, in crimine læſæ Majeſtatis quis torqueri poteſt. *Ozaſc. in deciſ. 79. n. 11.* ¶ Quando ab ordinata tortura reus non appellat, appellando in tormentis, ab illis non receditur. *Papon. lib. 24. tit. 9. arreſt. 5. & 13.* ¶ Bannitus, & admiſſus ad novas defenſiones torqueri poteſt, nullis præcedentibus indiciis, *Menoch. ibid. d. q. 84. n. 7. & Hippol. ſing. 117.* Idem in fure inſigni *Menoch. ibid.* ¶ Contumax ſuper inquiſitione delicti, ex illa contumacia poteſt torqueri. *Gram. dec. 11. num. 15.* ¶ Varius in tortura abſque novis indiciis poteſt de novo torqueri. *Hippol. ſing. 103.* ¶ Senex levius, quam juvenis punitur: ideo inter plures criminoſos incipitur quæſtio à juniore, *Oldra. tractat. de qu. q. 3. gloſſ. in l. ſere, ff. de reg. jur.* ¶ Minor an torqueri poſſit, & qualiter, *vide Afflict. dec. 208.* Sed in delictia an omnes poſſint torqueri, caſu exigente, *vide Joan. Gal. q. 46. in dec. diverſo.* ¶ Homicidium ſi quis ſe defendendo commiſiſſe fateatur, an debeat torqueri, *vide Boer. deciſ. 164.* ¶ Torturam incoari deberi à timidiori, ſeu à magis ſuſpecto. *Maran. in ſuo Spec. de ordi. judic. in proœmio. nu. 13. & Cravet. conſ. 13. n. fin. & conſ. 35.* ¶ Tortura ſubrogatur in locum teſtium, ideo dicitur arbitraria Judici. *Cravet. dd. conſ. 13. n. fin. conſ. 35. nu. fin. vide Clar. in ſua Pract. crimin. §. fin. quæſt. 64.* ¶ Prius torquendi ſunt qui veritatem melius ſciunt. *Bart. in l. 3. C. de naufrag. lib. 12.* ¶ Tortura facilius permittitur contra hominem malæ conditionis, *Cravet. conſ. 35. n. 13.* ¶ Filius prius torqueri debet, quando de eodem delicto pater, & filius ſunt inquiſiti. *Maran. in ſuo Spec. de ordine judic. in proœmio, num. 14.* ¶ Accuſatus de homicidio, qui nunquam voluit deponere, ut principalis, nec examinari, torqueri poteſt, non ad eruendam confeſſionem, ſed reſponſionem negativam, vel affirmativam, & hoc caſu tortura irrogatur, nullis præcedentibus indiciis. *Capic. d. dec. 145.* ¶ Commodans arma alicui, an poſſit torqueri, ſi ille, cui arma accommodaverat, alterum læſerit, *vide Boer. dec. 167.*

Vel non.

Mulier poſt partum ſtatim torturæ ſubjicienda non eſt, donec potens ſit. *Marc. q. 98. n. 8. p. 2. vide Bart. in l. 3 ff de pœnis.* ¶ Filius Advocati, patre ſuperſtite, privilegio ne torqueatur gaudet; ſecus poſt mortem: fallit in crimine graviſſimo. *Marc. q. 185. p. 2.* ¶ Decurio in memoria præcedentis dignitatis non torquetur. *Marc. de Mant. ſing. 657.* ¶ Quis non debet torqueri ante litem conteſtatam. *Bart. in l. 33. ff. ad leg. Jul. de adul.* ¶ Torqueri quis non poteſt ultra tertiam vicem, *Gram. vot. 6. n. 17. 18. & Pap. lib. 24. tit. 9. arreſt. 2.* ¶ Semel tortus amplius torqueri non debet, niſi ex novis indiciis. *Cravet. conſ. 287 n. fi. Marc. q. 155. p 2. Henric. Boer. in ſuis ſing. tit. carcer, & tortura, n. 5.* Tamen omnia eſſe relinquenda Judicis arbitrio docet *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 272. vide Marc. q. 253. p. 2.* ¶ Socius criminis non poteſt tor-

torqueri contra alios in delictis, quæ non committuntur absque sociis, vel principaliter in offensam, & odium alterius. *Gram. dec. 28. num. 13.* ¶ Inculpatio socii criminis non facit quem torqueri, nisi concurrentibus aliis indiciis, etiam si inculpatus esset malæ conditionis, & famæ, *ibidem num. 18. vide supra tit. de indiciis.* ¶ Torqueri non possunt valetudinarii. *Joseph. Lud. dec. Luc. 13. num. 57.* Sed quæ personæ de jure possint torqueri, & contra, *vide Clar. in sua Pract. §. fi. q. 64. vers. ubi subsint.* ¶ Illustres personæ, & Officiarii quando, & in quibus criminibus, quæst. privilegio gaudeant, *vide Marc. q. 663. & Pap. lib. 24. tit. 9. arrest. 11.* ¶ Consuetudinem fieri non potest, ut qui privilegio torqueri non debent, torqueantur, *Marc. d. q. 60. n. fin.* ¶ Quæ personæ non possint torqueri propter dignitatem, vel eminentiam, *vide Gram. vot. 1.* ¶ Religiosus testis, si per vacillationem de falso convincatur, torqueri non potest, nec ad ejus Superiorem remitti, ut torqueatur. *Capic. dec. 142.* ¶ Nobiles regulariter non torquentur. *Gram. dec. 28. num. 27.* ¶ Contra Clericum non proceditur ad torturam, existentibus etiam quibuscunque indiciis, nisi Clericus alias esset infamatus. *Hipp. sing 55. vide tamen. Boer. dec. 163. n. 6. & 7.* ¶ Semel tortus negans non debet amplius torqueri. *Boer. d. dec. 163. nu. 9. vide tamen ibid. num. 18. & Mar. q. 279. p. 2. Mago. dec. 89. Luc. Rot. Avenio. dec. 15. in dec. divers. Tom. 3.* ¶ Tortura enim non debet repeti, etiam ubi essent plura vehementia indicia, vel probationes ex quibus possit fieri sententia condemnatoria. *Boer. ibid. num. 12.* ¶ Judicem habentem arbitrium procedendi in causis criminalibus, non posse reum torquere, non præcedentibus indiciis, tradit Menoch. *de Arb. lib. 1. q. 48. Rolant. conf. 12. vol. 3. & conf. 57. vol. 4.* ¶ Reus, qui à tortura appellavit, non prius torturæ subjiciendus est, quam id de quo appellatum est judicatum fuerit. *Marc. q. 278. p. 2.*

Cap. IV. Quando inferri possit tortura, vel non.

Ut possit quæstio inferri, quæ præcedere debeant, *vide Marc. q. 904.* ¶ Debet constare de delicto antequam inferatur tortura, *idem Marc. q. 92. p. 2. n. 8. & q. 181. Crav. conf. 260.* Sed quomodo dictum intelligi debeat, *vide Crav. conf. 287. n. 3. Clar. q. 64. & Menoch. conf. 283. n. 11.*

Vel non.

Tortura inferri non debet, nisi præcedentibus indiciis, sed quid in atrocioribus, si reus sit malæ famæ, & solitus delinquere, vel bannitus, & condemnatus in contumaciam, *vide Clar. in sua Pract. crim. q. 64. & Rol. conf. 12. vol. 3.* ¶ Tortura non infertur, quando delictum non ingerit pœnam tortura majorem. *Capic. dec. 126. n. 5.* Et cessat tortura, ubi de crimine civiliter agitur. *Crav. conf. 137. n. 11.* ¶ Tortura non est inferenda, nisi in illis casibus, in quibus venit imponenda pœna ultra relegationem, sed ex consuetudine contrarium servatur, nam potest inferri tortura quotiescunque delictum est punibile quacunque pœna corporali. *Lud. à Pegne. in suis q. crim. c. 16.* ¶ Tormenta nova adinvenire nemini licet, & tormenta fidicularum (crimine læsæ Majestatis excepto) non inferuntur. *idem Marc. q. 884 p. 2.* ¶ Tortura reo inferri non debet, nisi prius pronuncietur à judice reum esse torquendum, à qua pronunciatione poterit appellare. *Jo. de Arnon. sing. 39.*

Cap. V. Quando dari possit, vel non.

An, quando quis fuit admissus ad torturam nulla facta repetitione testium examinatorum, an legitime tortura dari possit, & an confessio inde ab ea extorta ipsi inquisito præjudicare possit. *Rol. conf. 12. tom. 2.* ¶ Tortura adhiberi debet cum moderamine, & tale moderamen relinquitur arbitrio judicis, in quo arbitrio Judex debet considerare complexionem, & qualitatem rei inquisiti, an sit debilis, vel robustus, aut ferox, nobilis, vel plebeus, civis, vel rusticus, debet etiam considerare qualitatem criminis. *Crav. conf. 287. n. 6. & Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 271.* ¶ Quæstio, non nisi post processus, publicationem, dari debet. *Franc. Mar. q. 67. p. 2.* ¶ Tortura quandoque datur ad pœnam, quandoque ad veritatem eruendam, de qua ultima vide eundem Maran. *tit. & demum fertur sententia fol. 430.*

Vel non.

Torquendo non est dandum aliquid, quod comedat, aut bibat per decem horas antequam torqueatur. *Clar. § fi. q. 64.* Sed torturæ gradus qui sint, *vide ibid.* ¶ Tortura non est danda, stantibus indiciis pro, & contra, sed aliter reus absolvi debet. *Boer. dec 164. nu. 10. vide Gram. vot. 3.* ¶ Tortura haberi non debet pro crimine, pro quo pœna tantum pecuniaria imponitur. *Crav. conf. 41. n. fi. & conf. 138. n. 11. vide Mar. q. 904.* Ne gravior sit modus probandi modo ipso condemnandi. *idem Crav. conf. 137. n. 11. & Clar. in sua Pract. crim. §. fi q. 64.*

Cap. VI. Quando procedi possit, vel non.

Aggressor, an præsumatur, qui interfectus est, & qualiter tunc procedatur ad torturam contra occisorem, *vide Boer. dec. 237.* ¶ In delictis, quæ occulte fiunt, facilius arbitrari debet Judex esse procedendum ad torturam, quam in cæteris. *Gram. dec. 34. n. 38. & vot. 3. Ozas. dec. 79. n. 10. & Clar. in sua Pract. crim. §. fi. q. 64.* ¶ Quando constat de furto, sed non de quantitate pecuniæ sublatæ, non est procedendum ad torturam pro quantitate pecuniæ indicanda, sed præstandum est juramentum in litem super ipsa quantitate, fallit, quando reus solvendo non esset. *Crav. conf. 287.*

Cap. VII. Infligi possit, vel non.

Tortura, an possit inculpato infligi ex processu informativo, non data copia, vel facta repetitione, servatis servandis, vide distinctionem traditam per *Afflict. dec. 391.* de qua quæst. *vide per Mar. q. 60. par. 2. Gram. vot. 3. n. 22. & dec. 34. n. 33. Boer. dec. 163. n. 7. Ozas. dec. 79. n. 2. & 19. Rot. Avenio. dec. 15. in dec. divers. Tom. 3. Rol. conf. 12. n. 46. 42. & 87. Henric. Boer. in suis sing. tit. carcer. n. 5. & supra tit. de indic.* ¶ Impuberes, aut senes non debent quæstioni subjici pro quovis facto. *Gul. de Lud. sing. 1.* Nam senex in causis criminalibus torqueri non potest. *Ozasc. dec. 123.* Hoc verum, si sit decrepitus ætatis 70. ann. *Gram. dec. 34. n. 5.* Totum tamen negotium relinquitur arbitrio Judicis, *Joseph. Lud. dec. Luc. 12. n. 52.*

Cap. VIII. Quæ faciant indicium ad torturam.

An qui habet mandatum de aliquo occidendo, an sit indicium ad faciendam torturam contra mandantem in causa adversarii. *Rol. conf. 14. tom. 4.* ait facere. ¶ An quando quis fuit vulneratus, & in articulo mortis dicat se fuisse vulneratum ab aliquo faciat indicium ad torturam. *Rol. conf. 37.* ait non facere. *tom. 4.* ¶ Reus, qui paulo post quæstionem negat, an indicium faciat ad hoc, ut quæstio repetatur, etiam si non supervenerint nova indicia, & quid, si crimen sit atrox, & tortus robustus, quo casu etiam tondi potest, & quare, *vide Franc. Mar. q. 155. p. 2. & Pap. lib. 24. tit. 9. arrest. 2.* ¶ Variatio inquisiti, seu testis, facit indicium, ad torturam. *Ozas. dec. 79. n. 5 & 23. Bart. in l. nullum 12. n. 7. C. de testib.*

Cap. IX. Qui absolvi possit, vel non.

De crimine inquisitus, & ob vehementia indicia tortus, non tamen confessus, quando deffinitive sit absolvendus, vel solum ab observatione judicii, & de differentia harum sententiarum, *vide Mynsing. obs. 12. cent. 5.* ¶ Bis tortus, & perseverans in negativa in tormentis est indistincte absolvendus. *Mago. dec. 89.* ¶ Si tres socii criminis deposuerint contra aliquem consocium, tunc solum faciunt indicium ad torturam, qua data, si tortus illam sustinuerit, debet absolvi, quia illa indicia remanent purgata per ipsam torturam, per quam etiam plena probatio tollitur, *Boer. decis. 319. num. fin.*

vide

vide Joseph. Lud. dec. Luc. 13. num. 64. Crav. cons. 178. num. 10. & cons. 287. & Clars. in sua Pract. §. fin. q. 64. Tamen si adsint plenæ probationes, quod tunc tortus possit nihilominus condemnari, tradunt *Franc. Mar. q. 156. p. 2. Hipp. sing. 108. vide Pap. lib. 24. tit. 6. arrest. 1.* Ideo, ad hanc difficultatem tollendam hoc casu solent judices protestari in tortura; illam inferre sine præjudicio probationum. *Marc. dict. q. 156.* Et quod torquent ad sciendum complices, & alias qualitates delicti. *Gram. dec. 96. vide Joseph. Lud. d. dec. Luc. 13. num. 62.* Qua protestatione salvantur probationes, quæ alias eliderentur. *Joan. de Arno. sing. 98.*

Cap. X. Qui sint effectus.

Confessio facta in tormentis, non præcedentibus indiciis, licet postea sit ratificata, non nocet confitenti, *Capic. dec. 145. n. fi.* ¶ Minæ torturæ justum metum inducunt. *Franc. Mar. q. 282. p. 2.* ¶ Indicia, quando per torturam censeantur purgata, *vide Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 273.* ¶ Per torturam reiteratam, videntur elisa, & enervata indicia, & probationes, nam probatio tollitur per tormenta tanquam quasi vera non fuerit, & quatenus omnino non tollatur, pœna saltem debet moderari, & mutari de corporali in pecuniariam. *Gram. decis. 8.* ¶ Tortus si nihil confessus fuerit, debet censeri purgatus quia puram veritatem dixisse videatur, & est beatus homo ille, qui se omnino continere potest in tormentis, propterea debet absolvi, & melior, quam ante accusationem debet reputari. *Gram. dec. 96. vide Boer. dec. 163.* Et fides torti augetur per torturam: *Gram. vot. 3. num. 17.*

Cap. XI. Interrogari non potest.

Judices malitiosi, qui sub clipeo interrogandi reos de complicibus, illos interrogant de delicto principali, male agunt. *Joseph. Ludovic. decision. Luc. decimo tertia. num. 63.* ¶ Interrogari quis non debet in tortura de aliquo nominatim, *Bart. in l. primus 17. ff. ad Syllan.*

Cap. XII. Judex quæ facere possit propter torturam.

In crimine veneni Judex debet esse promptior ad torturam, quam in cæteris criminibus, *Gram. dec. 33. n. 4. vide eundem, vot. 3. & 32.* ¶ Judex in delictis enormibus, ad quæstionem promptior esse debet, *Marc. q. 181. num. fi. par. 2.* ¶ Indicia in causa criminali, ubi dubia sunt, Judici licitum est simulare, & terrere reum, *Franc. Marc. q. 156.* ¶ Judex habens aliunde plenas probationes, peccat torquendo reum, *Maran. in suo spec. par. 6. tit. & demum fertur sententia, num. 11. fol. 439.* ¶ Judex non potest procedere ad torturam, vel ad tormenta alia, nisi assignet terminum partibus ad reprobandum testes, *Bart. cons. 95. vol. 2. num. 3.* ¶ Judices debent cavere, ne de facili prorumpant ad torturam, nam Judex torquens indebite inquisitum, si dolose id egerit, pœna capitali punitur. *Rol. cons. 12. vol. 3. (ubi plene) & Franc. Marc. q. 279. part. 2.* ¶ In materia quæstionis judex juris, & humanitatis rationem habere debet. *Marc. d. q. 279.* Aliquando tamen in criminibus gravibus, & ex rescripto Principis, licet jura transgredi, sed vide Rolan, *d. cons. 12. vol. 3.* Alias Princeps de potestate ordinaria, non potest mandare quem torqueri absque indiciis. *Gram. vot. 30. num. 13. & vot. 32. & 34. num. 12.* ¶ Quando Princeps mandat, ut procedatur contra aliquem inquisitum ad torturam, quomodo illius rescriptum sit accipiendum & interpretandum, *vide eundem Rol. d. cons. 12. num. 48.*

Cap. XIII. Miscellanea.

Dicto testis cum tortura creditur non ei, quod dixit sine tortura, *Bart. in l. si postulaverit. ff. ad l. Jul. de adulter.* ¶ Quando sunt duo accusati de homicidio indubitato, & nolunt confiteri, etiam cum tortura, quid faciendum, & quomodo judicandum, *vide Boer. dec. 166. n. 6.* Sententia lata super tortura, si ab illa non appelletur, statim atque lata est, non est executioni mandanda, sed debet expectari tempus datum ad appellandum, *Franc. Mar. q. 905.* ¶ Pœnæ, quæ immineant Judici, quando tortus in tormentis moritur, *vide Marc. q. 98. par. 2.* ¶ Severa indagatio per tormenta à clarissimo homine submovetur, *l. severa. C. de dign. lib. 12.*

TITULUS CCXCVII.

De confessione facta in tormentis, aut timore tormentorum, & de ejus ratificatione.

Generalia.

De confessionibus in delictis, *vide supra tit. de confessia delict.*

Cap. I. Confessio: Quando probet, vel non.

Confessio in tormentis facta, præcedente aliquo indicio, si revocetur, adhuc semiplene probat, *Gram. decis. 72.* ¶ Quomodo probet confessio facta in tormentis, *vide Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 169.*

Cap. II. Quando credatur, vel non.

Depositioni primæ standum videtur, licet contrarium in tormentis dixerit socius, ubi de facto proprio, & alieno interrogatur. *Ozas. decis. 79. num. 22. vide Gram. vot. 34. num. 11.* ¶ Tortus si contradicat his, quæ cum juramento dixerat, illi uti perjuro non creditur. *Gram. vot. 7. num. 16.* ¶ Morbus gallicus debilitat, ideo torto confitenti & laboranti hoc morbo, non ita est credendum, sicut alteri. *Gram. d. decis. 65. n. 6.*

Cap. III. Quando sufficiat, vel non.

Confessio inquisiti facta dolore tormentorum, si per probationes factas ad defensam elidatur, an sit sufficiens ad condemnandum, *vide Gram. decis. 56. num. 3.* ¶ Confessio exorta per torturam, non præcedentibus indiciis, nisi ex dicto socii prætensi criminis, licet perseverata & ratificata, an sufficiat ad condemnationem, *vide Gram. d. decis. 56. n. 5. & Boer. decis. 90. num. 10.*

Cap. IV. Quando fiat confirmatio.

De coutela Judicium maleficiorum, qua illi curant confessionem delinquentis in tormentis factam, sponte ab illo confirmari, vide per eundem Menoch. *de Arb. cas. 38.* ¶ Confessio inquisiti præsumitur facta, præcedente tortura, licet aliter reperiatur scriptum, *vide Hippol. singul. 1.* ¶ Quando reperitur confessio rei de crimine, & dubium est, utrum is confessionem illam fecerit metu tormentorum, vel sponte ex conscientia criminis, tunc in dubio præsumitur reus potius illam fecisse ex conscientia criminis, quam metu tormentorum idem, *singul. 218.* ¶ Reus si ad torturæ locum confiteatur, an talis confessio dicatur facta in tormentis, vel formidine tormentorum, *vide Franc. Marc. q. 516. num. 9.* Et quid, si ad torturæ locum ligatus ductus confiteatur, an tunc confessio tormentorum metu facta dicatur, *vide ibid. num. 12.*

Cap. V. Qui sint effectus.

Confitens delictum in tormentis & revocans postea suam confessionem non probans contrarium, compellitur in sua cõfessione perseverare per repetitionem torturæ. *vide Boer. dec. 163. num. 17. 18. & 19.* Et tunc potest repeti tortura usque ad tertiam vicem *ibid. num. 20.* ¶ Confessio per patrem facta ob metum torquendi filium sibi patri non nocet. *Boer. dec. 166. nu. fi.* ¶ Confitens extrajudicialiter delictum, si postea in tormentis iterum confiteatur, sed ad banchum confessionem non ratificaverit, nihilominus poterit ex tali confessione damnari, nam illa confessio extrajudicialis facit, ut confessio postea facta in tormentis absque

alia ratificatione, sufficiat ad coodemnationem. *Jc. de Arnono sing. 93.* ¶ Quid operatur confessio facta in tormentia, & deinde revocata extra tormenta, *vide Clar. in sua Pract. §. fi. q. 21. ver. quare, & q. 64.* ¶ Confitens delictum, non præcedentibus indiciis, tortus, & confessus licet perseverasset, & ratificasset, sibi non præjudicat, sed quando dictum locum habeat, *vide Gram. vot. 6. num. 7. Rei. Avemo. decis. 138. in decisio. diverso. Tom. 1. Math. Mathes. sing. 55.* Et talis confessio per tormenta extorta ipso jure est nulla, nedum contra confitentem, sed etiam contra alios (contra quos ut testis deposuisset) non nocebit. *Gram. d. vot. 6. num. 10.* ¶ Ampliatur dictum procedere, etiam, quod post talem confessionem supervenerint indicia. *Gram. ibid. nu. 11. Boer. decis. 259. Rel. consil. 57. volum. 4. Ludo. Roma. sing. 132. Henric. Boer. in suis singul. tit. carcer. nu. 4.* Secus præcedentibus aliquibus indiciis. *Boer. ibid.* ¶ Confessio etiam metu tormentorum facta sine indiciis, licet ratificetur, non tamen præjudicat confitenti, ut ex illa possit condemnari. *Mynsing. obser. 23. cent. 5. Jc. Ant. Trig sing. 37.* Nam sicut confessio facta in tortura, nullis præcedentibus indiciis, non nocet reo (etiam ratificata) ita pariter non nocet facta metu tormentorum. *Rol. consil. 17. vol. 3.* Et non valet, licet cum juramento esset ratificata. *idem Rol. consi. 57. vol. 4. & Roma. sing. 132.* ¶ Confessio qoatenua fuerit in tormentis extorta, quæ non per se, sed perseverantia, vel fama, aut verisimilitudine facti, vel aliis adminiculis juvatur, indubitabiliter inducit veritatem, *Gram. dec. 72. vide Marc. q. 283. par. 2.* ¶ Confessio facta in tormentia, vel metu tormentorum non præjudicat, nisi constiterit de perseverantia. *Guid. Pap. q. 3. 59. Marc. qu. 916. & Bar. in l. 2. C. quorum appellatio. non recipia.* Et de ratificatione facta extra tormenta. *Clar. in sua Pract. §. fi. q. 94.* Sed qualiter, & ubi debeat fieri ratificatio, *vide Bald. sing. 70. & Math. Mathes. sing. 55.*

Cap. VI. Quando revocari possit.

Confessus in tortura, si ductus ad banchum juris, ut ratificaret confessionem, illam revocet allegando errorem, petensque se admitti ad illum probandum, debet audiri. *Gram. d. vot. 7.* ¶ Revocatio confessionis factæ in tortura per inquisitum, nihil ei prodest; si contra illum sint talia indicia, quæ juncta cum confessione (licet per tormenta extorta) inducant indubitanter veritatem, nisi revocans probaret contrarium per alia indicia contraria. *Gram. decis. 34. num. 36. & 60. vide Boer. decisio. 163. num. 17. & eundem Gram. dec. 72. nu. 4.* Sed, an confessio revocata faciat indicium ad torturam, *vide Boer. decisio. 90. num. 9.*

Cap. VII. Quibus modis valeat, vel non.

Tortura si illata est in corpore non infirmo, sed potius robusto, & non fuit magna, tortusque ratificaverit confessionem intra legitimum intervallum, valebit talis confessio, licet non præcesserint indicia sufficientia. *Gram. decis. 34. num. 55.* Quia tortus modice non potest dici tortus, & hoc casu non est necesse concurrere ea, quæ requiruntur in confessione facta virtute magnæ torturæ. *vide Gram. decis. 34. num. 55. & 57.* ¶ Confessio principalis rei, vel socii criminis, aut testis, quando sit valida, facta tam cum tormentis, quam sine, *vide Bar. in l. 1. §. quæst. ff. de q.* ¶ Reus, qui à tortura appellavit, non prius torturæ subjiciendus est, quam id, de quo appellatum est, judicatum fuerit, & si interim torqueatur, & confiteatur, confessio non tenet. *Franc. Mar. q. 278. p. 2.* ¶ Reus ad perseverandum in confessione facta in tormentis, debet adduci apod acta, vel apud alium locum publicum extra conspectum torturæ. *Guid. d. qu. 339.* Alias confessio facta metu tormentorum, vel respectu torturæ, erit ipso jure nulla, licet præcesserint indicia, & debet constare de perseverantia interveniente per intervallum temporis unius diei naturalis post torturam. *Franc. Marc. quæstio 155. parc. 2. Papen. lib. 24. titul. 9. arrest. 9. vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 38. & Bartol. in leg. 1. §. divus. ff. de quæstio.* ¶ An minor restituatur adversus confessionem factam in tortura absque curatore, *vide Joseph. Ludo. decisio. Luc. 17.* ¶ Reus in tortura non debet per judicem specialiter interrogari, nominando illi aliquem, alias judex diceretur suggerere, nec probaret illud, quod reus hoc casu deponeret. *Gram. vot. 34. num. 13. vide Lud. à Pegne. in suis q. crimin. c. 5. num. 12.*

TITULUS CCXCVIII.

De requirendis reis, & absentibus damnandis.

Cap. I. Absens: contumax quando condemnari possit.

DAto quod absens possit condemnari, non tamen condemnabitur ex sola contumacia, sed debet constare de delicto ex legitimis probationibus. *Boer. dec. 63. num. 8. vide Bart. in l. absentem. ff. de pœnis.* ¶ Quibus modis contra absentes contumaces procedatur, & an possint illi condemnari, quid de jure communi, & quid de consuetudine, *vide Boer. decis. 63. Clar. in sua Pract. §. fin. q. 44. & Natt. cons. 240.* ¶ Absens sive ante litem contestatam, sive post, quando damnari possit in criminibus capitalibus, & quid in criminibus, in quibus imponitur pœna à relegatione infra, *vide Barc. in l. absentem. ff. de pœnis, & in l. 6. C. de cohortalibus lib. 12. gloss. in c. 13. q. 9. c. 2. ibid. d. l. absentem, & Ozas. dec. 105.* ¶ Absens potiùs condemnatur ex contumacia; quàm ex delicto. *Bart. cons. 91. vol. 2.* ¶ Quomodo, & quandu absens contumax in criminalibus possit condemnari, *vide per illustr. D. P. Thessau. dec. 265.*

Cap. II. Quando puniri possit.

Pro contumacia non imponitur vera pœna delicti. *Ozas. d. decis. 105. num. 4.* Et contumax in criminalibus non habetur pro confesso. *ibid. num. 6.* ¶ An pro crimine legis Juliæ de vi publica, possit procedi ad pronunciationem delicti pro confesso, ad bannum, & confiscationem bonorum contra absentem, *vide Ozas. decis. 105.* Ubi concludit pro parte affirmativa.

Cap. III. Sententia processus, quando proferri possit contra contumacem.

Minor contumax in delictis non potest dicere de nullitate processus, si contra ipsum fuerit processum, nullo illi dato curatore. quando ex forma statuti contumax habetur pro confesso. *Natt. consilio 540. & seqq.* Tamen contumax, ubi per statutum in criminalibus habetur pro confesso, & convicto, illud intelligi debet, si per veras, & legitimas probationes constiterit de delicto. *idem Natt. consil. 594.* Sed de ratione, *vide per eundem, consil. 594.* ¶ Processus quando fiat contra absentem de gravi crimine accusatum, & qualiter annotentur ejus bona, *vide Guid. Pap. q. 429.* Et quid in accusato de jure Canonico, *ibid.* ¶ Quando, & quomodo valet citatio facta contra absentem, & inquisitum pro causa criminali, *vide supra tit. de in jus vocando.* ¶ Sententia, quæ profertur contra contumacem, & bannitum habitum pro confesso, & convicto ex forma statuti, nunquam transit in judicatum; ideo bannitus (etiam post triennium) admittitur ad ostendendum se innocentem. *Natt. cons. 444.* ¶ Non valet sententia lata contra absentem si constiterit illum justa de causa impeditum fuisse, *c. cum Bereb. 18. ex de sentent. & re judic.*

Cap.

Cap. IV. Quando admittatur defensor.

Defensor quilibet admittitur etiam sine mandato (quotiescunque potest ferri sententia contra absentem) ad ostendendum de rei innocentia, nisi obstet statutum. *Dec. cons. 429.* ¶ Procurator an debeat admitti in criminalibus attento, quòd contra absentes procedi potest, *vide Ozas. decis. 105. num. fin.* Pro affirmativa, scribunt *DD. de Rot. decis. 24. de Procuratore. in novis alias 314.*

Cap. V. Miscellanea.

Intra annum reus contumax comparendo recuperat bona, sed post annum non, nisi cum Principis indulgentia. *Guid. d. q. 129. vide Clar §. fin. q. 14.* Sed minor adversus lapsum illius anni restituitur. *Boer. decis. 63.* Hoc verum intra tempus quadriennii & idem in majore, qui infirmitate, aut alio justo impedimento fuerit impeditus. *Boer. decis. 63. n. 13.* ¶ Confiscata bona non recuperat quis, pendente judicio purgationis. *Boer. decis. 63. num. 5.*

TITULUS CCXCIX.

De sententiam passis, & restitutis.

Qui consequitur dignitatem, tacitè videtur restitutus ad famam. *l. Imperialis 23. §. similis. C. de nupe.* ¶ Indulgentia remittit pœnam, non infamiam, *l. fin. C. de genera. abolit.* ¶ Damnatus in metallum post restitutionem, præteriti temporis, & futuri alimenta petere potest. *l. is, cui annua 11. ff. de alimentis, & cib. leg.* ¶ Spoliatus dignitate ad tempus, finito illo tempore, restituitur ad suam dignitatem. *l. falsi 13. §. ordine. ff. ad leg. Cornel. de fals.* ¶ Refert permultum, an in restitutione Princeps dicat, restituo te in integrum, aut dicat, restituo te ad omnia, *vide l. 21. & ibid. gl. ff. de verbo. & rer. signif. & gloss. in §. cùm autem, Instit. quib. mod. jus patriæ potest. solvit.* ¶ Princeps gratiam faciendo malefactori, non præjudicat parti læsæ. *gloss. in §. fin. Institut. quib. mod. tol. obligat.* ¶ De materia spectanti ad hunc tit. *vide supra in tit. de restitutio. ob delicta.* ¶ De damno, & interesse parti læsæ debitis, *vide supra tit. de interesse. quod debetur parti læsæ.*

TITULUS CCC.

De banno, bannitis, relegatis, & condemnatis ad triremem.

Generalia.

De pœna exilii, & qui sint casus, in quibus à jure imposita sit pœna exilii, *vide Clar. in §. fin. quæst. 71.* ¶ Vide de materia pertinenti, *ad hunc tit. per Bart. in suis quæstionibus. q. 1. & in tract. bannito.*

Cap. I. Bannum: Relegatio: Damnatio: Quid sit.

Exilium triplex est, & duæ sunt pœnæ. *vide Marcum q. 359.* ¶ Bannimentum succedit hodie loco deportationis. *Guid. Pap. q. 423.* Et banniti nostri temporis, æquiparantur deportatis. *Joseph. Ludov. decisio. Perus. 11. num. 7. vide Clar. in §. fin. q. 1. Cassan. in consuetud. Burg. tit. des confiscations Rub. 2. §. 1. gloss 2. n. 9. Bart. in l. 7. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* Sed an efficiantur servi pœnæ, *vide Clar. d. q. 71.* ¶ Damnatio ad triremem hodie succedit loco damnationis ad metallum. *Vincent. de Frano. decis. 140. num. 8.* ¶ Relegare, & deportare quid olim, & quæ pœna hodie successerit, *vide Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cas. 330.* ¶ Statuto stante, quod banniti rebanniantur, istud rebannire, habetur pro restitutione. *Bart. in d. l. 13. de senten. poss. n. 11.*

Cap. II. Bannum. Quando imponi possit, valeat, vel non.

Bannum pro vulnere non mortali (etiam illato ex proposito) numquid imponi possit, *vide Natt. consi. 630.* ¶ Bannum emanatum à Judice laico contra Clericum, non valet. *Gram. dec. 29. num. 3.* ¶ Judices cauti esse debent in banno ferendo, maximè cum statutum banniendi formam dat, quam illis omnino expedit observare, alias bannum, & quicquid super illo fundatur, est ipso jure nullum: nam bannum generale, vel speciale inordinatè, aut sine causa factum, non valet. *Hippol. sing. 293.* ¶ Bannum pœnale, an vitietur, errore scripturæ, vel præconis, *vide Bart. in l. placet, num. 56. ff. de Sacros. Eccles.*

Cap. III. Quando expiret, finiatur.

Aliquo bannito usque ad beneplacitum Judicis sub nomine proprio, mortuo ipso Judice bannum expirat; secus si ad beneplacitum Regis, vel alterius Principis, nomine non expresso. *Marc. quæst. 381. num. 3.* ¶ Bannum si fiat, quod qui indicaverit malefactorem habeat centum, tunc particeps criminis indicans, non habebit præmium. *Bartol. in l. 4. §. si tibi. ff. de condictio. ob turp. caus.* ¶ Bannito mortuo intra terminum banni, totaliter extinguitur bannum. *Bart. in l. 1. §. fin. de requirenda reis.*

Cap. IV. Bannitus. Deportatus. Damnatus. Qui dicatur, vel non.

Bannitus à vasallo, vel ejus officiali, an censeatur bannitus à toto territorio supremi Domini, à quo feudum movetur. *D. Gaspar. Thess. q. For. q. 10.* ¶ Banniti, qui dicantur, & bannum quid, & quotuplex, *vide per Cassan. in consuetud. Burg. titul. des confiscations. Rubr. 2. §. 1. gl. 2. num. 2.* ¶ Bannitus non dicitur, qui ritè, & rectè bannitus non est: ideò hoc casu quis de receptione ipsius non tenetur, nec incurrit in pœnam. *Gram. decis. 29. vide & dec. 79. num. 10.* ¶ Bannitus ab una Patria, an in alia Patria confœderata bannitus censeatur, *vide Marc. q. 364. & Clar. in sua Pract. §. fin. q. 71. vers. quæro modo.* Pro parte negativa, scribit *Bart. in l. non dubito 7. ff. de capt. & postlimi. revers.* ¶ Aliud est esse rebellem Imperii, aliud esse in banno ipsius: primum enim crimen est mortale, secundum (nempè bannum) est medicinale, quia remittitur, purgata contumacia, seu facta satisfactione. *gloss. in verba, rebellis, in constitutio. tit. qui sint rebelles, in usib. feud.* ¶ Expulsi à Civitate non sunt deportati: ideo alibi honores, & officia assumere possunt. *Marc. q. 363.* ¶ Quia patientia Superioris bannitum per Civitatem ferentis facit, ut bannitus pro non bannito, præsumatur, sicque occidi impunè nequeat. *Hippol. sing. 77.* ¶ Pro bannito nemo habetur cum effectu, nisi prius per sententiam pro tali declaratus sit. *And. Gail. obser. 3. num. 8.* Fallit in atrocioribus delictis. *ibid. num. 9.* ¶ Interdictus à Patria domicilii, censetur etiam interdictus a Patria originis, & contra. *Marc. q. 359.*

Cap. V. Qualis sit.

Banniti ita odio habentur, ut sint extra juris protectionem, & pro mortuis habeantur, sed an sint deterioris conditionis, quam excommunicati, *vide Marc. de Mant. sing. 136.* ¶ Banniti nostri temporis sunt incapaces activè, & passivè relictorum in testamentis, nec Fiscus ex persona eorum admittitur. *Hiero. Mago. decis. Luc. 84. Menoch. cons. 101. vol. 1.* Verum publicatio bonorum, statu integro remanente, non impedit condemnatum succedere in aliis bonis postea delatis. *Gome. Leo dec. 68. in decisio. diverso.* ¶ Bannitus nostri temporis, quomodo possit hæres institui. *vide Bartol. in l. 1. C. de hæredi. instituen.* ¶ Bannitos, & deportatus non possunt præscribere; quia neque naturaliter possident. *Joseph. Lud. decis. Perus. 11. n. 13.*

Cap. VI. Quæ facere possit, vel non.

Banniti de jure communi succedere non prohibentur, sed in quibus bonis possint succedere, *vide Joseph. Lud. dec. Perus. 11. & Bart. in l. si qua 7. ff. de iis, qui sunt sui, vel alie. jur.* Amittunt tamen successionem illis delatam ex forma statuti, *idem Bartol. in l. si certa. 4. C. de jure Fisci, lib. 10.* Et privantur successione ipsis proveniente in territorio, à quo sunt banniti. *idem Ludo. dict. decisio. 11. num. 9.* ¶ Bannitus non potest per se, nec per interpositam personam emere. *Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 459. num. 24.* ¶ Bannitus admittitur ad probandam suam innocentiam: quia innocentiæ probatio nunquam censetur exclusa, etiam post latam sententiam. *Menoch ibid. num. 38.* ¶ Bannitus pro homicidio ad mortem, & vigore decreti habitus pro confesso, & convicto, potest tamen ostendere se innocentem, etiam post terminum. *Natt. cons. 444. vide Rol. consil. 60. vol. 2.* ¶ Bannitis à Civitatibus non denegantur jura communia, sed tantum jura municipalia: imò bannitis non est deneganda defensio proveniens ex forma statuti, quo minus ille se possint super ea fundare. *Petr. Gerard singul. 14.* ¶ Bannitus tempore sui banni potest actiones intentare, sed quando, *vide Nicol. Ruff. sing. 1.* ¶ Bannitus potest repudiare hæreditatem sibi delatam, etiam habito concordio cum eo, cui ratione repudiationis ipsa hæreditas acquiritur. *Marc. de Mant. sing. 23.* ¶ Bannitus, qui prohibetur agere, non prohibetur excipere. *Bartol. in l. libertus. 14. ff. de in jus vocando.* ¶ Bannitus ab aliqua Civitate non perdit, nisi jura illius Civitatis, sed quando possit testari, hæres institui, succedere ab intestato. *vide Bartol. in l. amissione 5. ff. de capitis diminutione.* ¶ Bannitus restitutus, an recuperet bona alienata, *vide Bartol. in l. in quæstione. 13. C. de sent. pass. & restit.* ¶ Bannitus an possit esse testis an amittat patriam potestatem, an possit testari, & capere ex testamento, *vide Clar. §. fin. quæst. 71. & in §. testamentum qu. 19. q. 21.* ¶ Bannitus an possit capere ex testamento, saltem quoad bona sita extra Civitatem, qua fuit bannitus, *vide Clar. in d. §. testamentum q. 20. & Menoch. consil. 271. lib. 3.* Ubi concludit pro parte affirmativa, sed quid in deportato, vel relegato, *vide Clar. ibidem quæst. 22.* ¶ Stante prohibitione, ne quis cum bannito contrahat, non prohibetur quis contrahere cum filio banniti. *Pet. Gerard. sing. 64.* ¶ Deportati, & banniti (qui æquiparantur deportatis) post bannum possunt agere ex contractibus jurisgentium, & erit proprium eorum, si quid acquisierint, nec auferetur à Fisco. *Francisc. Cremen. sing. 149.* ¶ Bannitus in contumaciam ob intermissam purgationem, de innocentia postea edocere potest, *Mynsing. observ. 88. cent. 2.* ¶ Filius bannitus, vel Fiscus non potest habere legitimam patre vivente. *idem Ludov. ibid. num. 24. vide infra. lib. 2. tit. de legitimo libero.*

Cap. VII. Quando offendi, occidi possit, vel non.

Cautè agant banniti, qui ex forma statutorum possunt impunè offendi, & occidi: quia etiam habeant gratiam, sintque rebanniti, & solverint id, quod solvere tenebantur, attamen his peractis, nisi actualiter, & cum effectu fuerint cancellati de banno, adhuc poterunt impunè offendi. *Hippol. sing. 340.* ¶ Stante statuto, quod bannitus occidatur impunè, si occidens inquiratur, tertius pro eo comparere potest, & producere bannum ad obtinendam absolutionem. *Bart. in l. ubi pactum 40. num. 10. C. de transact.* ¶ Præmium, quod datur occidenti bannitum, non datur illum occidenti ad sui defensionem. *idem Bart. in l. 3. C. de delatoribus lib. 10.* ¶ Banniti nostri temporis non possunt de jure communi offendi impunè circa personas; secus circa bona. *Bartol. in l. ut vim. 3. ff. de justit. & jure, vide Clar. in sua Practic. criminal. §. final. quæstio. 71.* ¶ Qui facit pacem cum bannito, & promittit non offendere, si tamen postea offenderit, non dicitur pacem rumpere, quando ex forma statuti, bannitus impunè offendi potest. *Bart. in l. 2. C. quando liceat unicuique.* ¶ Quando ex dispositione constitutionis, vel statuti forjudicatus, vel bannitus potest impunè occidi, talis potestas occidendi non porrigitur ad uxorem ipsius banniti, vel ad alium, cui per uxorem mandatum fuerat hoc facere: ideò is occidendo hoc modo potest puniri. *Vinc. de Franc, decis. 276. parte 2.* ¶ Bannitus quando impunè occidi potest, insuccessibilis dicitur: ideo tunc hæredem (etiam filium) habere non potest. *Menoch. cons. 91. vol. 1. vide Bartol. in l. 1. C. de heredi. instituen.* ¶ Bannitum occidens, cum quo habebat capitales inimicitias, an debeat gaudere beneficio statuti præmiantis occidentem, *vide Petr. Gerard. sing. 14.* ¶ Statutum valet, quòd impunè bannitus occidi possit. *idem Menoch. dicta quæst. 90. n. 4.* Sed quando locum habeat, *vide Dec. cons. 327. vol. 2.*

Vel non.

Bannitus descriptus ex forma statuti si possit impunè offendi, offendens excusatur, sive justè, sive injustè bannitus sit: quia statutum solum descriptionem considerat. *Mago. decis. 128. Rot. Floren. vide Men. de Arbitra. lib. 2. cas. 283.* ¶ Bannitus toleratus per Principem, offendi non debet. *D. Sol. in constituti. antiq. Sabaudiæ in proœmio. gloss. 4. num. 42. fol. 10.* ¶ Quando Judex arbitrium habens bannitum rebannire possit, & contra, an illum restituere possit, *vide Menoch. de Arbit. q. 92.*

Cap. VIII. Quibus privetur, vel non.

An bannitus amittat jus prothomiseos: & tolerantia ipsius banniti vicem restitutionis obtineat, *vide Magon. dec. Flor. 26.* ¶ Deportatus in perpetuum servitium remigandi ad triremem, admittit patriam potestatem, & administrationem bonorum filiorum: ideo tunc decernitur tutor filiis minoribus d. deportati, qui tutor habebit administrationem bonorum. *Gome Leo decis. 25. in decis. diverso.*

Cap. IX. Ad quæ teneatur, vel non.

Si positus in exilio ad certum tempus, revertatur ad Civitatem, & capiatur, tunc debet incarcerari, & ibidem debet stare tantum, quòd compleat tempus exilii. *Pet. de Raven. sing. 886.* ¶ Bannitus ex causa delicti ob contumaciam, si in potestatis bannientis manus recidat, qualiter bannum recognoscat, sed quid, si adversus bannum objicere velit, an sit audiendus, *vide Hipp. sing. 72.* ¶ Bannitus donec solverit certam summam pecuniariam, stando in banno non potest compelli ad solutionem ipsius summæ pecuniariæ. *Jaff. Lanf. Balb. dec. 93.*

Cap. X. Quando puniatur, vel ejus auxiliator, vel receptator.

Damnatus suspendi an possit ea die, qua suscepit sacramentum Eucharistiæ, *Joan. Pet. Surd. dec. 121.* ¶ Deportati rumpentes deportationem, pœna mortis naturalis puniuntur. *Vinc. de Franc. dec. 140.* Sed quando dictum procedat, *vide Luc. à Pegue. in suis quæ. crim. in cap. 41.* ¶ Judex ex officio potest bannitum in judicio comparentem repellere. *Bart. in l. unica. C. ut quæ desunt Advoc. par. Judic. supple.* ¶ Prohibitio generalis de non recipiendo bannitos, non comprehendit personam patris, vel uxoris. *Gravet. cons. 309. vide Rol. cons. 45. vol. 1. n. 45.* Vel alios conjunctos. *Hippol. sing. 210. vide Men. de Arbitra. lib. 2. cas. 348.* Alias in aliis personis regulariter puniuntur recipientes bannitos, ut delinquentes. *Crav. d. cons. 309. n. 3. vide eundem Menoch. de Arbitr. d. caus. 348. Rol. cons. 46.* Et in hac Patria Pedemontana habemus decretum, *tit. delli recettori de banniti. vide Bart. in l. 2. ff. de recepta.* ¶ Banniti capiantur, qui opem ferunt, graviter puniuntur, imò Judicis arbitrio puniuntur. *Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 452.*

¶ Ad-

¶ Advocatus qui præstat patrocinium pro bannito, dicitur præstare auxilium, & incidit in pœnam. *Guid. Pap. sing. 640.* ¶ Pœnam banni in pecuniariam Judex mutare potest, si justa causa subsit, sed an mutando pœnam legis causam describere debeat, *vide Mynf. obs. 20. cent. 2.* ¶ Exilii certi, & determinati temporis, minus quam sit tempus decennii fines frangens, punitur, ut duplicetur ille tempus quod superest. *Ludov. à Pegue. in suis quæstio. crim. cap. 41. & Bart. in l. aut bannum. 8. §. quisquis. ff. de pœnis.* ¶ Exilium decennale frangens, punitur pœna perpetui exilii, *idem Ludov. à Pegue. d. cap. 41. n. 3.* Sed frangens fines perpetui exilii, quo modo puniatur, *vide ibid.* ¶ Bannitus repertus in territorio, de quo est exbannitus, de jure punitur pœna deportationis, in cujus locum hodie succedit decapitatio. *Roma sing. 574.* ¶ Stante statuto, quod quicunque præstiterit auxilium, vel favorem alicui ex bannito pro proditione, incurrat in aliquam pœnam, quando erit locus ipsi pœnæ, *vide Bart. in l. quisquis 5. C. ad leg. Jul. Majest.* ¶ Præstans auxilium bannito, an puniatur, *vide Bart. in l. omnes. 8. C. de agricol. & censit. lib. 11.* ¶ Si extaret statutum, ut loquens cum bannito incidat in aliquam pœnam, an si quis non loquatur, sed scribat epistolam bannito, incidat in pœnam, *vide DD. in l. prima. ff. de verb. oblig.* ¶ Recepisse bannitum dicitur, qui ipsum abscendit; non qui dat potum, vel alium cibum. *Bart. in l. 1. ff. de servo corrupto.* ¶ Bannitum odio privato occidens, punitur: idem in proditore. *Menoch. d. qu. 90. n. 48. & 49.* ¶ Damnatus ire in exilium, si antequam vadat delinquat; ut exul punitur. *Bart. in l. in servorum. 10. ff. de pœnu.* ¶ Quando Judex arbitrium habens in caulis capitalibus, punire possit occidentem bannitum, *vide Menoch. de Arbitra. lib. 1. quæstio. 90.* ¶ Receptans scienter malefactorem in domo, illum secum detinens, non videtur minus delinquere, quam ipse delinquens. *Gram. dec. 99. n. fin.*

Vel non.

Bannitus captus statim (de jure communi) non debet puniri, quia debet ex integro de crimine cognosci: sed quid, si producatur bannum, & bannitus confiteatur, quod sit ille, qui reperitur bannitus, & condemnatus pro tali crimine, *vide Bart. in l. divus. 6. ff. de custod. reo.* Damnatus ad triremem perpetuo, si ab ea aufugerit, pœna mortis naturalis non punitur, sed debet redire ad serviendum, nisi judex in sententia comminatus fuerit pœnam mortis naturalis. *Vinc. de Franc. d. dec. 140. n. 9.* ¶ Bannitus extra territorium, à quo fuit bannitus, non potest capi, & si capiatur, ut vi ductus in fortiis Justitiæ, ad locum banni debet relaxari. *Rol. consil. 60. volum. 2.* ¶ Sententia banni quando infamet: & pœna banni propter paupertatem remittitur. *Marc. q. 365.*

Cap. XI. Quando liberari possit, & ex quibus.

Restitutione banniti facta ex gratia Principis, vel virtute edicti remittentis bannitos; qui alium bannitum occiderint, vel vivum præsentaverint, an restitutus recuperet bona, & quid in terris vasallorum? *D. Gass. Thes. q. For. qu. 58. lib. 2.* ¶ Banniti nostri temporis, quibus omnia bona adempta sunt, à suis creditoribus censentur liberati. *Gram. dec. 85. n. 6.* ¶ Solus Princeps potest bannitum à banno liberare: & non debet exul sine causa à banno liberari. *Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 2. tracta. de scrip. art. 7. gl. 2. Men. de Arbitra. lib. 1. quæst. 91. n. 6. & supra tit. de restitut. ob delict.* ¶ Imperator potest quem absolvere à banno sine consensu ejus, qui bannum obtinuit. *Mynsing. observ. 11. cent. 5.*

Cap. XII. Licentia. Quando concedi possit, vel non.

De salvo conducto bannitis per inferiores Judices (nisi in certis casibus) non concedendo, *vide per Afflict. decis. 4.* Et de materia salvi conducti, *supra tit. de salvo cond.* ¶ Princeps redeundi facultatem relegato solus concedit. *Afflict. dec. 4.* ¶ Bannito non potest dari licentia revertendi ad Civitatem, nisi à Principe, vel Civitate non recognoscente Superiorem, sed quando à solo Principe possit eam habere, *vide Lud. Rom. sing. 543.* ¶ Si bannito securitas concedatur, intelligitur concessa pro prima vice. *Bartol. in l. dotis. 69. ff. de jure dot.* ¶ Damnatus ad metallum ad tempus, intelligitur de decennio; si autem est damnatus simpliciter, intelligitur perpetuò. *Bart. in l. fine. 23. ff. de pœnis.*

Cap. XIII. De confinatione.

Confinati, pendente tempore confinationis, ad honores eligendi non sunt. *idem Marc. quæst. 360.* ¶ Confinatus in quinquennium, finito illo quinquennio, sine licentia Superioris potest liberè, & impunè ad Civitatem redire. *Franc. Cremen. sing. 48.* ¶ Ad tempus exulare jussus, eo tempore impleto, regressus pristinam recipit dignitatem: ad novas verò non admittitur, nisi tanto tempore his abstinuerit, quanto abfuerit. *l. 2. C. de his, qui in exil. lib. 10.* ¶ Confinatus ad certum locum, suorum bonorum administratione non privatur. *ibid. n. 3.* ¶ Confinationis locus in relegatis jurisdictione esse debet. *Frac. Marc. quæst. 359. num. 7. vide Clar. § fin. quæst. 71.* ¶ Confinatio simpliciter, & in dubio, perpetuo facta intelligitur, *idem Marc. quæst. 361.* ¶ Confinia observasse ad suam intentionem fundandam allegans, probationi subjicet, alias secus. *Marc. quæst. 362.*

Cap. XIV. De relegatione.

Relegatus ad tempus interim gaudet bonis, & stipendiis suis. *Papon. lib. 24. tit. 15. arrest. fin.* ¶ Princeps potest ex sola suspicione subditum relegare, nulla habita judiciali cognitione. *Natt. consil. 625.*

Cap. XV. Miscellanea.

Dispositum in more naturaliter ex identitatis ratione, locum habet in civili. *Cas. decis. 16. tit. 1.* Sed non in omnibus, quia donatio facta in casum mortis, non habet locum in morte civili. *Papon. lib. 24. tit. 15. arrest. 1. & 2. vide cass. in consuetu. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. §. 6. gl. 6. n. 3.* ¶ Bannitum capiens potest repetere expensas à Fisco. *Pet. Gerar. sing. 14.* ¶ Tempus carceris post sententiam decursum, computatur in tempore exilii, sed quando, *vide Vincent. de Franc. decis. 317. parte 2.* ¶ Contumax post annum habetur pro confesso, & convicto. *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 416. n. 32.* ¶ Filius tenetur alimentare patrem in exilio, nisi ille esset bannitus pro crimine perduellionis, vel læsæ Majest. *Pet. Rey. decis. 3. Litua. n. 431. in decis. diverso. & Bart. in §. & hoc, Auth. de incest. nupt.* Filius enim ex eo à patria potestate non liberatur, quod pater bannitus sit: ideo tenetur ad omnia erga patrem ac si ille non esset bannitus. *Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 90. n. 45. vide infra lib. 2. tit. de alimentis liberis à parentibus, &c.*

TITULUS CCCL

De damnatorum bonis, & eorum publicatione.

Generalia.

De bonis eorum, qui post sententiam fuerunt restituti, *vide in tit. C. de sentent. pass. & restitut. supra eod. & tit. ff. de interd. & releg.* ¶ De bonis damnatorum, seu de publicatione ipsorum, *vide Clar. in §. fin. qu. 78.* ¶ Res fiscales considerantur multipliciter, *vide ibidem. in fine, & supra tit. de jure Fisci.* ¶ De pœna publicationis certæ partis bonorum, *vide per Clar. in sua Pract. §. fin. q. 79.* ¶ De pœna statutaria, *vide infra tit. de pœnis ingenere, & supra tit. de statutis pœnal.*

Cap. I. Confiscatio. Quid sit.

In jure habemus multa nomina, quæ videntur idem significare, nempè confiscatio, annotatio, descriptio, publi-

publicatio, & incorporatio, tamen aliqualiter differunt, prout notat *Cassau. in consuetud. Burg. tit. des confiscations. Rubr. in principio.*

Cap. II. Quando confiscari possit, vel non.

An bona confiscari possunt quando quis se laqueo suspendit. *Rol. consf. 20. Tom. 3.* ¶ An quando quis falsificaferit monetam principis qui sit condemnatus ad triremes, & bona confiscantur, an possintque confiscari feudalia. *Rol. conf. 29. Tom. 3.* ¶ Dos mulieris confiscatur, non obstante pacto de dote lucranda in eventum mortis facto in contractu matrimonii in favorem mariti, quando uxor commisit grave delictum, propter quod posset ferri sententia, etiam post mortem. *Cassan. in consuet. Burg. tit. des droicts. Rub. 4. §. 6. gl. 6. nu. 9.* ¶ Confiscatio est duplex, alia ordinaria, alia extraordinaria, sed à quibus fiat, *vide Boer. dec. 264.* ¶ Possessor an dicatur Fiscus, si ab initio sit falsitus, & postea sequatur sententia confiscationis, *vide Boer. decis. 277. nu. 9.* ¶ Auth. bona damnatorum, C. de bonis proscript. etiam habet locum in crimine legis Jul. de vi publ. *Ozas. decis. 105. num. 5.* Et transversales non comprehenduntur per ipsam Auth. *Bar. consf. 157. vol. 1.* ¶ Dicta auth. procedit in damnatis ad mortem, seu proscriptis, & quando auferuntur tacitè bona in consequentiam alterius pœnæ; secus si expresse, & principaliter. *Jaff. Lanf. Balb. dec. 260.* ¶ Potestates locorum hodie, statim commisso delicto, faciunt describi omnia bona delinquentis, & sequestrari, ne occultentur, *Capae. dec. 131. n. 1.* ¶ Qui sint casus, in quibus veniat confiscatio bonorum in totum, vel in partem ex dispositione juris, *vide Cassad. tit. des confiscations. §. 1. gl. 2. n. 20. Quo loci scribunt. cas. 72.* ¶ Quandu confiscatio bonorum fit, non jure communi, sed jure speciali, talis confiscatio non porrigitur ad bona sita in alieno territorio. *Cassau. in consuetud. Burg. tit. des mains mortes. Rub. 4. §. 15. gloss. 3. post. Bart. & Bald.* ¶ Confiscatio quando fit ob incestas nuptias: & nuptias illicitas scienter contrahentis, bona applicentur proximioribus, vel Fisco, *vide Boer. decis. 264. num. 13.* ¶ Bona damnatorum quando veniant confiscanda, *vide in addictio. quaest. 150. Cap. Thol. & §. oportet. Auth. de mand. Princip.* ¶ Bona hæreticorum confiscantur, & in terris Fisco Ecclesiæ applicantur Fisco Ecclesiæ: in terris Imperii, Fisco seculari, etiam extantibus Filiis. *cap. vergentis 10. ex. de haere.* ¶ Feudum etsi regulariter non veniat in confiscatione ratione criminis læsæ Majestatis. *Ozas. decis. 94. n. fin.* ¶ Quæ sint crimina, pro quibus imposita est bonorum confiscatio, *vide Clar. q. 78. vers. nulla.* Quæ veniant in ipsa confiscatione, *ibidem vers. nunquid de bonis.* ¶ Nunquid in confiscatione bonorum veniant bona alienata per ipsum delinquentem ante confiscationem, & quid, si ante delictum fuerint in fraudem alienata. *vide eundem Clar. q. 78. vers. solet.* ¶ Quæ sint jura, & quomodo differant circa publicationem bonorum, *vide eundem Cassa. eo tit. §. gl. 1. n. 6.* ¶ Confiscata non sunt condenda ante adjudicationem appellationem non suspensam. *Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 2. tractat. ut benefic. ante vacatio. gloss. 6. fol. 545.* Aliàs quæ mala proveniant, *vide ibid. gloss. 8.* ¶ Extincta per mortem pœna capitali, appellatione pendente, non extinguitur bonorum confiscatio expressa; tacita sic. *l. 3. C. si pendente appellatione mors intervenire. & l. fin. C. si reus, vel accusat.* ¶ Publicatis bonis filii ob delictum, intelligitur publicatum peculium castrense, vel quasi, excepta legitima patri debita. *Marc. de Mant. sing. 424.* ¶ Bona committentis crimen læsæ Majestatis, eaque sita sub diversis Dominis, utrum confiscentur, & cui applicentur, & quid de bonis feudalibus in hoc crimine, *vide Guid. Pap. quaestio. 341.* Et quid, si committens erat subditus mediatus Principi, *vide Guid. ibid.* ¶ Publicatis bonis, an veniant in Publicatione bona futura, distingue, aut agitur de jure conditionali descendenti ex ultima voluntate, & tunc Fiscus non succedit tanquam delinquentis hæres, sed ille succedit, qui (deficiente conditione) aliàs erat successurus. *Menoch. consil. 101. num. 25. volum. 1. vide Roma. sing. 170.* Aut igitur de jure conditionali proveniente ex contractu, & hoc casu Fiscus succedit uti hæres, quia hujusmodi jura conditionalia ex contractu, ad hæredes transferuntur, & ideo transeunt ad Fiscum, qui propterea succedit in feudo devoluto Vasallo bannito propter mortem fratris mortui post delictum, & pendente *vide Menoch. d. consi. 101. num. 26. & Rom. sing. 170.* ¶ In casu d. Authent. bona damnatorum transeunt in ascendentes, & descendentes ipso jure. *Bartol. consilio 157. volum. 1.* ¶ Dicta Authent. an habeat locum, quando per statutum, vel decretum contra delinquentem bonorum publicatio decreta est, & quid quoad legitimam, *vide perillustr. D. P. Thessaur. decis. 198.* ¶ Condemnatus propter crimen læsæ Majestatis, si habeat bona communia, solum sua portio confiscata intelligitur, & si nudam proprietatem habeat, ea dumtaxat confiscatur. *Ozas. dec. 94. num. 18.* ¶ Confiscata censentur bona à tempore hæresis, vel læsæ Majestatis, licèt non apprehendantur, nisi lata sententia. *Boer. dec. 277. num. 12.*

Vel non.

Confiscatio non porrigitur ad bona futura, *vide Menoch. conf. 101. n. 26. vol. 1. & Abb. conf. 51. par. 2.* Ideo in confiscatione bonorum non veniunt bona paterna post sententiam acquisita, nec etiam ratione legitimæ. *Mago. dec. 99. Rot. Flor. Boer. consf. 1. num. 9.* Minus legata, quorum dies non cesserat, nec substitutio. *Natt. consf. 472.* ¶ Publicatio bonorum, statu integro remanente, non impedit quem succedere in aliis bonis, nam publicatio omnium bonorum non extenditur ad bona futura. *Gom. Leo. decisio. 68. in decis. diverso. Tom. 2. Secus statu mutato. vide Bart. in l. 4. C. de jure Fisci lib. 10.* ¶ Confiscatis bonis, quæ bona, & jura non comprehendantur sub confiscatione, *vide Cassan. ibid.* Et contra, *vide Bart. in l. si finita 15. §. si de ff. de damn. infect.* ¶ Confiscatio bonorum ad feudum ante condemnationem cessum, & donatum, non porrigitur, *Natt. conf. 628. num. 5.* ¶ Quando testator prohibuit perpetuò divisione suorum bonorum sub pœna privationis portionis illius, qui peteret divisionem, applicandæ aliis cohæredibus, tunc si contingat aliquem ex hæredibus delinquere, hæc bona prohibita dividi non veniunt in confiscatione bonorum, etiam quoad partem delinquentis. *Rol. consil. 84. num. 35. vol. 1.* ¶ Prohibitio alienationis facta per testatorem cum translatione in alium valet, & tunc censetur etiam prohibita confiscatio, *Rol. conf. 56. vol. 1.* ¶ In publicatione bonorum statutaria, illorum appellatione simpliciter non veniunt jura, & actiones, ideò hæreditas non venit ante aditionem. *Dec. conf. 442.* ¶ Confiscatio peti non potest ante condemnationem, & confiscata bona non recuperat quis pendente judicio purgationis. *Boer. dec. 65.* ¶ Substitutus quando impediat confiscationem bonorum ob delictum instituti, & quid, quando in contractu matrimonii fuit conventum, ut bona venirent, ad primogenitum, & ad alios liberos successivè, *vide Boer. decis. 278.* ¶ Filius non perdit peculium profectitium, licèt bona patris sint confiscata. *Pet. de Rave. sing. 194.* Publicatur tamen ejus usufructus patre vivente. *Bart. in l. 3. §. sed verum. ff. de minor. 25 anno.* ¶ Quando pater habet usumfructum in bonis filii, si filius delictum committat, bona in commissum non incidunt etiam ratione proprietatis. *Menoch. consil. 182. lib. 2. num. 23.* ¶ Publicatis bonis filii respectu cujuscunque delicti, non publicatur usufructus, quem habet ejus pater in ipsis bonis. *Ozas. decis. 94. Boer. dec. 7. vide Capel. Thol. quaest. 120.*

Et

Et contra *Boer. d. dec. 7.* ¶ Decretum generaliter disponens, quòd bona homicidæ confiscentur, non comprehendit legitimam liberorum. *Rol cons 97. vol. 2.* Minus bona feudalia, *idem Rol. conf. 20. volum. 3. vide Perilluſtr. D. P. Theſſaur. dec. 198.* ¶ In casu præmiſſo ſi pater damnatus habeat unum, vel duos liberos, legitima eorum erit dimidia omnium bonorum, ſi vero haberet tres, vel ultrà, omnia bona illis ſunt reſervanda ex Principis benignitate. *Rol. d. conſ. 97. num. 30. & 30. vol. 2.* ¶ Dicta legitima debetur à die publicationis bonorum, & non à die mortis homicidæ. *Roland. conſ. 97. num. 38.* ¶ Bona, quæ non tranſeunt in extraneum hæredem, non veniunt in confiſcatione generali, etiam ratione criminis læſæ Majeſtatis. *Ozaſ. deciſ. 94. num. 4. & 16.* ¶ Confiſcatio bonorum hodie de jure communi non admittitur niſi in crimine læſæ Majeſtatis. *Ozaſ. ibid. num. 5. & 28.* Et hæreſis *Boer. deciſ. 264. vide tamen Deciſ. conſil. 233. num. 5. Rol. conſil. 29. volum. 3. Pet. de Raven. Ang. 14. & l. eorum. 9. ff. ad leg. Jul. Majeſt.* ¶ Confiſcationis omnium bonorum pœna imponi non poteſt per inferiores Judices ſine juſſu Principis, niſi in caſibus à jure expreſſis. *Natc. conſil. 010. Tom. 1. n. 5.* ¶ Tamen publicatio omnium bonorum poteſt imponi à Judice, qui in ſummo gradu eſt poſt Principem; ut eſt Vaſſallus, & hoc etiam contra contumaces delinquentes, *Natt. conſil. 340.* Nam confiſcationis bonorum poteſt imponi contumaci legitimè citato; ſecùs ſi illegitimè. *vide Roland. conſil. 59. volum. 1. & conſil. 68. vol. 2.* Vel non fuerit datus terminus defenſionis. *Rolan. ibid. d. conſil. 59.* ¶ Legitima filia fam. bannito non poteſt confiſcari, patre vivente, niſi ex forma ſtatuti. *Joſeph. Ludov. deciſio. Peruſ. 11. vide Jaſon. de actio. §. actionee autem, Dec. conſil. 438. & Menoch. conſil. 72. num. 27. volum. 1.* Sed ſi poſtea ille ſuccedat patri, durante adhuc bannimento, vel alteri conſanguineo, quid juris de bonis, *vide eundem Joſeph. ibid.* Et quid, ſi tempore, quo fuerat bannitus habuiſſet filios, an illi excludant Fiſcum, *vide etiam ibid.* ¶ Quando bona delinquentis aliquo privilegio non publicantur, ſed applicantur proximioribus agnatis, ſi delinquens poſt ſententiam damnationis habuerit filios, iſti filii excludunt alios proximiores exiſtentes tempore latæ ſententiæ. *Vinc. de Franc. deciſ. 100. ſed vide ibid.*

Cap. III. Quando publicari poſſint, vel non.

Hæretici occulti bona, an publicentur à die criminis. *Jo. Pet. Surd. deciſ. 247.* ¶ Quando de jure communi publicantur omnia bona ſtabilia, illa applicantur Fiſco territorii, in quo ſunt ſita; ſi Dominus territorii habeat confiſcationem bonorum. *Afflict. c. deciſ. 280. n. fin.* ¶ Publicatis bonis hæretici, in illius bonis filiis nulla legitima debetur, ſicut non debetur, publicatis propter crimen læſæ Majeſtatis. *Rolan. conſil. 8. num. 43. volum. 3.* Et bona homicidæ de jure communi Fiſco non applicantur, ſed deſcendentibus reſervantur, per ſtatutum tamen vel decretum Principis, poteſt derogari juri communi. *Rol. conſil. 97. vol. 0.* ¶ Omnia jura mundi diſponentia pro aliquo crimine imponi pœnam ipſo jure, intelliguntur, mediante ſententia declaratoria, aliàs non poterit pœna locum habere. *Gram. deciſ. 105. num. 60. vide Pet. Benlucen. deciſ. 37. Rot. Aucnio. deciſ. 121. num. fin. in deciſ. diverſo. Bart. in l. 68. §. duorum. num. 25. de legat. 2. & in l. 1. ff. ad leg. Jul. de vi priva.* ¶ Publicatione facta, intelliguntur publicata nomina debitorum. *Guid. Pap. q. 341.* ¶ Annotatio, ſeu publicatio bonorum abſentis de gravi, vel levi crimine accuſati, quomodo fiat, *vide Guid. quaſt. 429.* ¶ Sententia publicationis bonorum comprehendit etiam bona, quæ extra territorium ſunt. *Franc. Marc. qu. 728. vide Clar. in §. q. 78. verſ. hic quaro. Caſſan. in conſuetud. Bur. tit. des confiſcations Rub. 2. §. 1. gloſſ. num. 7. Bart. in l. 1. num. 51. C. de ſumma Trinit. & in l. 16 § iidem divi. ff. de publ. & vectig. & Abb. conſil. 103. par. 1.*

Bonorum publicationem quando valeat indicere Judex, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 1. quaſt. 93.* ¶ Vaſſallus inveſtitus cum mero, & mixto Imperio, poteſt bona publicare, ſive pœna confiſcationis imponatur à lege, ſive à principe, ſive etiam præter legem, & merum Imperium quæſitum ſine conſuetudine, vel præſcriptione. *Natt. conſ. 65. n. 0.* ¶ Sententia publicationis bonorum trahitur etiam ad bona extra territorium Judicis publicantis exiſtentia, ſed hoc caſu immobilia debent applicari Fiſco, in cujus territorio ſunt ſita: mobilia autem (quæ ſunt extra territorium) debent applicari Domino Judicis publicantis. *Rom. ſing. 578.* ¶ Bonis publicatis, reus abſens habet annum ad recuperandum bona, & ſe purgandum. *l. 1. ff. de requir. reis.* Extranei vero prætendentes habere jus in ipſius bonis intra quinquennium debent experiri, quo elapſo, amplius non audiuntur, niſi ex cauſa, habemus in hac Patria decretum *tit. infra qual. tempo ſia lecito recuperar beni confiſcati.* ¶ Declarationem Domini, & petitionem requiri, ut rei, vel juris alicujus privatio incurratur, ſcribit *Mynſing. obſerv. 77. cent. 6.* Quod etiam procedit in crimine læſæ Majeſtatis. *ibid.* ¶ Bona quandò publicantur pro aliquo delicto, ſtatim Fiſco acquiruntur. *Bart. in l. 1. §. ea bona. ff. de jure Fiſc.* Nec eſt opus aditione. *Bart. conſil. 157. vol. 1.* ¶ In publicatione bonorum quid hodie ſit innovatum, *per d. Authent. vide Bart. in l. 1. ff. de bonis damnato.* ¶ Quod dicitur contumacem poſſe puniri, & mulctari publicatione bonorum, intelligitur de vero contumace; & non de ficto, *vide Rolan. conſil. 47. vol. 0.* ¶ Publicato uſufructu, quem habet pater in bonis filii, quia interim nutriet filium, *vide Boer. d. dec. 7. num. 5.* ¶ Filiofam. delinquente, publicatur proprietas ſuorum bonorum, quam habet: & contra, bona patris ſi publicentur, perceptio uſusfructus, quam habet in bonis filiorum. *Bart. in l. poſtulaverit 27. §. jubet. ff. ad leg. Jul. de adulter.* ¶ Dote publicata propter delictum mulieris, quid juris, *vide Bart. in l. 2. ff. de bonis damnatorum.* ¶ Quando delinquens eſt gravatus fideicommiſſo, tunc propter delictum bona publicantur, quoad legitimam, & Trebellianicam, & non ultra. *Natt. conſ. 528. vide Rol. conſ. 31. vol. 1. & Aug. Bero. q. 41.* ¶ Teſtator ſi prohibeat filios vendere ante 25. ann. quicquam de bonis ſine licentia tutoris, tali prohibitione non obſtante, propter delictum commiſſum ante. 25. ann. bona publicantur: quia dicta prohibitio cenſetur facta favore minoris, cui jura non favent in delictis. *Natt. conſ. 528.* Contrarium tamen tenet *Rol. conſ. 31. vol. 1.* ¶ Bona uxoris quando publicantur, utrum publicetur etiam dos, *vide Ozaſ. dec. 80. n. 15. & 17.* Pro parte negativa, ſcribit idem *Ozaſ. dec. 94. n. 19.* Exceptis quibuſdam caſibus ibid. deſcriptis. ¶ Filius genitoris rebellis non admittitur ad bona per patrem poſſeſſa, & fideicommiſſo ſubjecta, *vide Men. conſ. 275. lib. 3.*

Vel non.

Filiofam. delinquente, nec proprietas, nec peculium publicatur, *vide tamen Boer. ibid. num. 10. Bartol. in l. 3. §. ſed verum ff. de minor. 25. ann. & Clar. in §. fin. q. 78. verſ. & è contrà.* ¶ Bona donata per patrem filio in contractu matrimonii, & publicata propter delictum filii, revertuntur ad patrem, excluſo Fiſco. *Pap. lib. 2. tit. 1. arreſt. 24.* ¶ Si committat quis delictum, propter quod bona veniant diſtrahenda, creditor habens domum pignoratam, poteſt illam defendere. *Bart. in l. 1. §. ſervum. ff. ad Senatuſcon. Sylla.* ¶ Confiſcatio bonorum non ſequitur ſimpliciter condemnatum pœna capitali. *Mago dec. 99. Rot. Flor.* Nam publicatio bonorum non venit, niſi expreſſe fiat. *Vincen. de Franc. dec. 213. n. 19.*

Sed

Sed quomodo circa illam procedatur, *vide ibid. nu. 29.* Verum secundum Bart. adeptio bonorum venit tacitè in consequentiam ad pœnam capitalem: ideo quando Judex pronunciat, & declarat hoc adjecto, cum publicatione bonorum, talis declaratio nihil operatur. *Bart. in l. 13. §. si quis: ff. de testamentis, tamen ibid.* ¶ Facta publicatione bonorum patris, reservari debet legitima filiis secundum jus commune. *Clar. §. fin. q. 78. vers. videndum.* Nam in confiscatione bonorum non venit legitima liberorum. *Cassan. in consuet. Burg. tit. des confiscations §. 1. gloss. 1. n. 7. D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudia gloss. ulti. super decreto, ad majorem, num. 11. tit. de falsis fol. 177. & Marc. de Mant. sing. 424.* ¶ Quando publicantur bona subjecta fideicommisso, sunt distinguendi tres casus: Primus, quando adest fideicommissum simpliciter, & tunc Fiscus per omnia habetur loco gravati: ideo durante ejus vita, potest bona possidere, & eo mortuo retinere ea, quæ spectarent ad quemlibet hæredem extraneum. *Rol. cons. 98. vol. 2.* ¶ Secundus quando ultra fideicommissum adest expressa prohibitio de non alienando, tunc statim facta publicatione, erit locus fideicommisso, & durante vita gravati, Fiscus non potest possidere bona, in quibus gravatus gravari poterat. *Rol. d. cons. 98.* ¶ Tertius est casus, quando testator expressè prohibuit alienari bona intra certum tempus, puta 30. ann. etiam quoad legitimam, & tunc filio delinquente intra dictum tempus, excluditur Fiscus ab omni emolumento, etiam quoad legitimam. *Rol. d. cons. 98. vol. 2.* ¶ Princeps quum remittit delinquentibus abolitionem criminis, non publicantur eorum bona. *Gram. dec. 4. num. 10.* ¶ Deportatio facit cessare omninm bonorum publicationem. *Afflict. decis. 404. num. 22.* ¶ Fideicommissum favore fideicommissarii præservat: bona subjecta possessa per gravatum delinquentem à publicatione, *Gram. dec. 105. num. 40.* Ut post ejus mortem redeant ad fideicommissarium. *Ægid. Bollam. conclus. 774. n. 6.* ¶ Publicatis bonis, feudum antiquum non censetur publicatum, sed proximioribus defertur agnatis. *Mobed. dec. 35. vide Capel. Thol. q. 396. Dec. cons. 252. num. 5. Rol. cons. 1. vol. 1. & cons. 78. vol. 4. Menoch. cons. 99. num. 145. lib. 1. & cons. 304. lib. 4.* Quod intelligas de agnatis usque ad quartum gradum. *vide Menoch. d. cons. 99. num. 145. vol. 1.* ¶ Prohibita alienari non publicantur per delictum. *Bart. in l. Imperator 12. ff. de fideicom. libert. Gram. dec. 105. num. 31.* Bona enim quæ non possunt transire in extraneum, non possunt in Fiscum transire, qui loco extranei habetur. *Gram. ibid. num. 38. vide Boer. decis. 278. Hippol. sing. 714. & Bart. in l. 1. C. de bon. libertor.* ¶ Prohibitus tamen alienare ob sui favorem delinquens, habet Fiscum in successorem. *Gram. d. decis. 105. num. 39. vide Cabol. milloloq. 54.* ¶ Publicatis bonis per Judicem Marchiæ Fisco suo, non veniunt bona existentia in Ducatu; sed ad ipsum Judicem Ducatus spectant. *Bartol. in l. tutoret 40. §. hares ff. de administ. & peric. tuto. vide de materia infra tit. de pan. in genere.* ¶ Bona quæsita per personam Religiosam, in dubio præsumuntur quæsita de bonis Ecclesiæ: ideo non veniunt in publicatione bonorum, etiam propter crimen læsæ Majestatis. *Menoch. cons. 283. lib. 3.*

Cap. IV. Quando applicari fisco possint, vel non.

Feudum confiscatum, an Fisco, vel Domino applicetur, *vide Boer. decis. 264. num. 7.* ¶ Bona damnatorum quando debeant Fisco applicari, *vide per Bart. in §. quia verò non oportet, Authen. ut nulli Judic.* ¶ Bona delinquentis confiscata, & Fisco applicata, possunt per Fiscum vendicare, quod procedit, quotiescunque intra quinquennium talia bona fuerint petita, & vendicata: nam Fiscus agens post, non audietur. *Hippol. sing. 307.* ¶ An bona confiscata, & publicata applicentur Fisco Regis, vel Dominis locorum, in quorum territoriis sunt sita, *vide Boer. dec. 264. & Natt. cons. 580.* ¶ Bona damnatorum in crimine hæresis, applicantur Domino, seu Baroni illius loci; non Fisco Superioris, à quo ipse Baro habuit feudum. *Gund. Pap. q. 76.* Quod intelligendum est de bonis, in ejus territorio sitis: alia verò applicantur illi Fisco, in cujus territorio sunt, & hoc ex eadem sententia, & ex eodem processu. *Guido. d. dec. 76. vide Cass. in consuet. Burg. tit. des confiscations Rub. 2. §. gloss. 2.* ¶ Creditum sub eodem hæret territorio, in quo celebratus est contractus, & debitoris persona magis quoad territorium, quàm creditoris, consideratur: ideò publicatis bonis creditoris, creditum contractum est. *Pur. decis. 417. lib. 3.* ¶ Omnis confiscatio de jure ad Principem spectat, & non ad inferiorem. *Cassan. in consuetud. Burg. tit. des confiscations. §. 1. gloss. 4.* Sed quando dictum limitetur, *vide ibid.* ¶ Ratione concubinatus cum incestu, bona publicata applicantur Fisco; non proximioribus parentibus; quia iste casus est diversus à casu. *Auth. incestas. Cod. de incestu nupt. vide Papon. lib. 24. tit. 13. arrest. 2.* ¶ Bona existentia in territorio Vasalli applicantur ejus Fisco, licet Principia Officialia tulerit sententiam bonorum confiscationis propter homicidium. *Rol. cons. 21. vol. 4.* ¶ Bona rebellium in crimine læsæ Majestatis, ipso facto transeunt in Fiscum. *Gram. dec. 105. num. 49.* ¶ Bona confiscata propter crimen læsæ Majestatis in Dominum mediatum commissum, sita in territorio Domini immediati, applicantur Domino mediato contra quem fuit crimen commissum. *Rol. cons. 78. vol. 2. & cons. 73. vol. 4.* ¶ Bona confiscata propter crimen læsæ Majestatis commissum contra Principem, an spectent ad ipsum Principem, vel ad Dominum mediatum delinquentis, & quid de feudis, *vide Cassan. in consuet. Burg. tit. des successions, des bastards Rub. 8. §. 4.* ¶ Confiscatis bonis alicujus universaliter, transeunt in Fiscum bona, in quibus alius jus habet ad rem. *Lud. Roma. sing. 430.* ¶ Reditus, & pœnæ causarum criminalium, debentur Domino investito de jurisdictione continente sub se merum, & mixtum Imperium. *Rol. cons. 73. vol. 4.* ¶ Spoliatus suis bonis per Fiscum, est à suis crediroribus liberatus, & omnes exceptiones activè, & passivè transeunt in Fiscum. *Gram. dec. 85. num. 5.* Nam Fiscus loco hæredis habetur *Beninten. decis. 91. & Bart. in l. capitis. 54. ff. de fidejusso.* ¶ Fiscus, ad quem perveniunt bona alicujus, an teneatur satisfacere creditoribus legatariis, & fideicommissariis, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. q. 78. vers. sed an teneatur, & supra tit. de jure Fisci.* ¶ Filius si fuerit bannitus, vivo patre, & ejus bona publicata, deinde pater moriatur intestatus, bona illa paterna non appellantur Fisco; sed proximioribus in gradu succedentibus, sublato Fisco de medio. *Boer. cons. 1. n. 8. & Dec. cons. 438.* ¶ Dominium transfertur in Fiscum per sententiam confiscationis, sed non possessio. *Boer. ibid.*

Vel non.

Bona non dicuntur applicata Fisco ipso jure, nisi in primo capite legis, quisquis. *C. ad leg. Jul. Majestat. Vera. decis. 67. part. 1.* Sed quando confiscatio fiat ipso jure, & quando ope exceptionis. *vide Boer. decis. 264. num. 10.* ¶ Bona Fisco citra pœnam exilii perpetuam, adjudicari sententia non possunt. *l. bona 39. ff. de jure Fisci, ubi de materia.* ¶ Bona delinquentis mortui, non pertinent ad Fiscum, nisi vivens fuerit condemnatus. *l. fin. C. de jure fisci lib. 10. vide tamen gloss. ibid.*

Cap. V. Bona. Quando perdantur.

In alia decis.212.ejusdam auctoris fuit decisum Neapolitanum forjudicatum perdere bona,& acquiri(ex gratia Neapolitanis concessa) proximioribus, & nullo modo remanere penes illum delinquentem. ¶ Amittens Civitatem perdit bona absque alia publicatione. *Cassan. in in consuet. Burg. tit. des confiscations, Rub.2.§.1.gl.2.n.12.* ¶ Mulier damnata crimine læsæ Majestatis, perdit dotem, & bona, salvis actionibus, quæ competunt marito ratione lucri dotis competentis quoquo modo. *Ozas. decis. 80.n.15.* ¶ Filia propter suum delictum dotem amittens, non patri, sed sibi post mortem patris, præjudicat. *Ozas. dec. 94. n. 7.* ¶ Publicata bona hæretici quibus sint applicanda, *vide Rol. consil. 8. & 75. vol. 7.* ¶ Bona occidentis se ipsum, non metu criminis, sed ex insania, vel dolore, non aufetuntur hæredibus. *l.1. & fin. de bonis eorum, qui sibi mortem, vide infra tit. de prox.*

Cap. VI. Quibus relinquantur.

Si bona rebellium tempore rebellionis aliis fuerint concessa, facta pace, sunt reddenda primis dominis: quia talis pax habet vim restitutionis in integrum, *Pet. de Rane. sing.611.* ¶ Hodie ex consuetudine bona mobilis Clerici damnati propter delictum, pertinent ad Episcopum, immobilia vero ad Principem secularem *Cabal.milleloq.618. vide Papo.lib.24.tit.13..arrest.6.* ¶ Filius non impeditur petere dotem matris suæ,quæ fecit interficere suum virum Dominum unius Civitatis sine juris Imperii. *Vera. decis.295.feu.2.part.2.* ¶ Bona ficti, & falsi mariti hac de causa ultimo supplicio damnati, debent relinqui filiis susceptis ex ipso simulato matrimonio, ita judicavit Senatus Thol. ut habetur *in observ.35. ejusdem in decis.divers.fol.277.*

Cap. VII. Qui sint effectus confiscationis.

Confiscatis bonis ubicunque sitis, illa spectant ad Dominos, in quorum territorio respectivè erunt sita. *Cassan.in consuet. Burg.tit. des mains mortes Rub.9 §.15.gl. 3.* ¶ Confiscatione bonorum quis eximitur ab omni obligatione, qua tenebatur suis creditoribus: ideò si de delicto vitæ posteà solùm habuerit gratiam,non poterit amplius conveniri.*Cass.ad.tit.des confiscations, Rub.2.§.1. gloss.4.n.33. vide Bart.in l.1. C.de fidejusso. & mandat.* ¶ Judicium inchoatum contra condemnatum expirat, facta publicatione.*Abb.cons.84.par.2.* ¶ Bonis publicatis propter delictum, debitores delinquentis non conveniri, nisi coram eorum Judica competente.*Papon.lib.7.arrest. 48.* ¶ Si timeas,quod Fiscus bona tua invadat ex aliqua causa,debes facere donationem causa mortis bonorum tuorum uxori tuæ,quo facto, si ad plenam,& perfectam traditionem perventum sit, Fiscus, bonis mariti publicatis, non poterit agere contra uxorem donatariam, & amplius non habebit regressum ad dicta bona, etiam marito revocanta dictam donationem. *Hippol. sing.316.*

Cap. VIII. Miscellanea.

Venditis, seu locatis condemnationibus delinquentium, an condemnatio spectet ad conductorem existentem tempore delicti, vel alterum existentem tempore sententiæ, *vide Cassan.ibidem gloss.4.n.3.* Quòd spectet ad conductorem existentem tempore perpetrati delicti, tenet *Rol.an.cons.77.vol.4.* ¶ Contrahere licet non possit; cui est interdictum bonis, tamen is delinquendo alienat. *Gram.d decis.105.n.41.* ¶ Reus usque ad sententiam potest bona sua alienare, cùm interim non amittat dominium,dum modo non alienet in fraudem Fisci: quia tunc revocaretur alienatio: & fraudis præsumptio excluditur,quando alienatio ex causa necessaria facta fuit. *Natt.cons.212.Tom.1.* ¶ Licet alienationes factæ ante crimen commissum valeant,tamen si in fraudem Fisci factæ sint, revocantur: quòd autem factæ sint in fraudem judicatur ex præsumptionibus, de quibus *vide per Natt. cons.449. & Bart.in l post 15.ff.de donatio.* ¶ Emere bona

Tepati Compend. Pars II.

confiscata, seu publicata, dictiores loci non compelluntur regulariter. *Natt.cons.100.* ¶ Princeps, vel eius Legatus licèt possit citare aliquem, ut coram se compareat sub certa pœna comminata infligatur, causa vera apud eum subesse debet. *Natt. cons.592. & seqq. & Rol. cons.47. vol. 2.* ¶ Commisso delicto, quid faciendum de bonis, seu jurisdictione delinquentis intra annum quem habet bannitus ad recuperandum bona. *vide Capic. 131.* ¶ Accusatione pendente, non admittitur bonorum administratio accusato. *Boer.A.decis.277.n.13.* ¶ An pendente lite inter Fiscum & privatum sit locus reductioni ad manus Domini, *vide Franc.Marc.quæst.38.* ¶ Fiscus si filio succadat ob ejus delictum, non potest dicere testamentum patris nullum ex persona filii. *Boer.cons.1. n.15.* ¶ Filius hæreditatem non aditam ad Fiscum transmittere nequit. *Boer.d.cons.1. n.17. Dec.cons.438. & 445. n. 65.* ¶ Bannitus potest repudiare hæreditatem sibi delatam. *Marc. de Mant. sing.32.*

TITULUS CCCII.

De bonis eorum, qui ante sententiam sibi mortem consciverunt.

Cap. I. Mortem sibi inferens: vulnerans seipsum. Quomodo puniatur.

De pœna illorum, qui se propriis manibus occiderunt, & quando censeantur occisi tædio vitæ, vel timore pœnæ,*vide Marc.qu.879 part.2.* ¶ Quid agendum circa cadaver illius,qui sibi mortem conscivit, *vide Papon lib.22.tit.10.arrest 1. Franc.Marc.d.q.379. & Rot.Avenio.decis.122.in decis divers.* ¶ Arbitrio judicis relinquitur, an cadaver illius, qui mortem sibi conscivit,suspendi debeat. *Menoc.de Arbitr.lib.2.cas.284.n.15.* Sed an debeat carere sepultura, *vide ib.* ¶ Qui sine causa mortem sibi consciscere adgressus est, prohibitusq; non perpetraverit, puniri debet. *Rol. decis.1. Litua.n.48. vide Menoch. de Arbitr.lib.2.cas.284.n.17. & seqq. & Marc.q.874. part.2.* ¶ Manus sibi inferens, in dubio præsumitur id fecisse tædio vitæ, nisi Fiscus contrarium probaret. *Rot. Avenio.decis.123.in decisio.diverso. vide Menoch de Arbitr. lib.2.cas.284.n 17. & Dec.cons.438.* ¶ Miles,qui sibi manus infert volens se occidere, licet opus non compleverit, capite punitur, nisi propter impatientiam doloris, vel morbi, hoc fecerit. *l.si quis 38.§.fi.ff.de pœn.* ¶ Vulnerans se ipsum puniri debet,sed qua pœna,*vide Gram.decis.44.* ¶ Mortem sibi inferens ob vitæ tædium, pœnam non meretur; secus si ob conscientiam perpetrati sceleris: quia tunc ejus bona publicantur, *Menoch.de Arbitr.lib. 2.cas.184. Dec.cons.438. Rol.cons.20.vol.2. facit l.factum.12. C.de accusatio. & inscript. & l.in fraudem.45. §.bona. ff. de jure Fisci.*

Vel non.

Si ipsi mortem inferens ob tædium vitæ, non facit locum statuto, quo bona publicantur propter homicidium. *Dec.cons.438.* ¶ Si probetur furor ejus, qui sibi mortem contulit, excusatur, licet ille hoc fecerit ex delicti conscientia. *Papon. lib. 22. tit.10. arrest.1.* ¶ Mortuo reo, non proceditur super delicto, nisi is ob scientiam criminis sibi mortem consciverit. *l.pen. C.si reus, vel accusat.*

Cap. II. Quando eorum bona applicantur fisco.

Quando bona eorum, qui metu pœnæ mortem sibi consciverunt, Fisco applicentur, *vide Pet.Roy.decis.1.Litua.n.22.in decis.divers.Tom.2.* ¶ Authen. bona damnatorum, restringit etiam confiscationes eorum, qui sibi mortem consciverunt: ideò nisi quando quis accusatur crimine læsæ Majestatis, non potest habere locum confiscatio bonorum, *vide Rot.Avenio. decis.123.in decis. divers.*

De ejus testamento.

De testamento ejus, qui sibi mortem conscivit, condito post vulnus sibi illatum, & an illud valeat, *vide per*

Pet. Roy. decis. 1. Lituanin decis. divers. fol. 363. Quo loci describuntur nomina multorum, qui sibi mortem consciverunt. ¶ Testamentum ejus, qui ob tædium vitæ sibi mortem contulit, valet. *l. ejus 35. ff. de milit. testamen.* Et tali morte non obstante, debet aperiri. *l. 1. §. si quis non metu ff. ad Senatusconsul. Syllania.* ¶ Accusatus de crimine mortem sibi inferens, habetur pro confesso. *Aegid. Bellam. conclusio. 688. num. 13.*

TITULUS CCCIII.
De executoribus, & executionibus in criminalibus.

Generalia.

De materia executionum in causis criminalibus, habemus in hac patria decretum, *ut in decreto criminali tit. dell' essecutioni. fol. 9.*

Cap. I. Executio, Quando fieri possit.

Filiosam. convento in judicio criminali, & condemnato, executio fieri potest, durante patria potestate, sed in quibus bonis, *vide per Bart. in l. quoties 34. ff. de noxal. actio.* ¶ Executio pœnæ corporalis fieri debet per judicem primum, & non per Judicem appellationis sententiam confirmantis. *Guid. Pap. q. 237.*

Cap. II. Differri possit, vel non.

Si Princeps mandaret aliquem puniri graviori pœna quàm deberet ex lege, vel consuetudine, Judex, lata sententia, debet executionem differre per triginta dies, ac si Princeps illam tulisset. *Jass. Lans. Balb. decis. 475.* ¶ Executio sententiæ capitalis est differenda, pendente termino decem dierum dato ad appellandum, licet ex generali consuetudine servetur contrarium. *Rot. Avenio. decis. 60. in decis. divers. Tom. 3. vide Bart. in l. qui ultimo 29. §. ff. de pœn. & gl. in l. unica, ff. nihil novi appellatio. penden.* ¶ Executio mulieris prægnantis condemnatæ ad mortem, differtur per partum. *idem Papon. lib. 24. tit. 10. arrest. 18. & part. in l. 18. ff. de statu homin.* ¶ Executio mulieris damnatæ an differatur per tempora purgationis, vel quousq; reperiatur nutrix, *vide Bar. in l. 3. ff. de pœnis.* ¶ Lata sententia, pro qua quis fuit in exiliū missus, si reperiatur, quod ante sententiā delinquens fuerat pro debitis civilibus commendatus, an sit differenda executio, *vide Lud. à Pegne in suis q. crimin. cap. 22.* Ubi concludit affirmative. ¶ Ex quibus causis executio sententiæ capitalis differatur, *vide eundem, ibid. q. 47.* Et ex quibus possit impediri, *vide etiam ib. q. 98.* ¶ Quando sententiæ hujusmodi executionem suspendere, ac differre Judex possit, *vide Menoch. de Arbit. lib. 1. q. 89.* Et quod tempus tunc concedatur, *vide ibid. cas. 334.* ¶ Accusatio de crimine graviori, pro quo durior venit imponenda pœna, instituta condemnatum pro alio crimine, executionem corporalem differt. *Lud. Rom. sing. 566.* ¶ Si lata sententia constet de innocentia, executio est differenda. *Bart. consil. num. fin. vol. 1.* ¶ Furiosus si quis efficiatur post commissum delictum, non potest puniri, sed debet supersederi in executione. *Joseph. Lud. decis. Perus. 77.* ¶ Licet judex, ad condemnationem pœnæ corporalis procedere non possit ad tumultum populi, etiam si ille aliter sedari non posset, tamen ad tumultum populi, potest executionē accelerare, etiam pendente dilatione, si aliter tumultus sedari non possit. *idem Roman. sing. 578.*

Cap. III. Sententia, Quando exequi possit, vel non.

Quæ sit forma exequendi sententias criminales in causis, quibus imponitur pœna pecuniaria, *vide Clar. in §. fin. q. 95.* Et quando imponitur pœna corporalis, *ibid. q. 69.* ¶ In criminalibus executor non debet exequi sententiam contra conscientiam suam, quando illam videret iniquam. *Jas. de actio. §. si minus, num. 16.* ¶ Judex alicujus absque novo processu, tenetur exequi sententiam inquisitoris favore fidei. *Jass. Lans. Balb. decis. 105. vide tamen Bart. in l. Magistratibus 12. ff. de jurisdict. omn. Judic. & in l. non dubium 9. ff. de custo. & exhib. reo.* Alias Judex secularis requisitus ab Ecclesiastico, ut ejus sententiam exequatur, potest prius de illius injustitia, & iniquitate cognoscere, quàm exequi, etiam cum partis citatione, *vide Natt. consil. 529.* Sed quid in Delegato Apostolico requirente, *vide Rol. consil. 37. volum. 1.* ¶ Judex exequens non tenetur stare processui Judicis remittentis pro executione, sed potest de novo cognoscere, & delictum examinare. *Bartol. in l. divus 6. n. 3. ff. de custod. & exhib. reo.*

TITULUS CCCIV.
De pœnis, & mulctis delictorum in genere.

Generalia.

Quænam sit pœna aborti partus, *Cujac. lib. 19. cap. 9.* Adulterii pœna quæ sit, *Cujac. lib. 21. observ. cap. 17. & 18. lib. 21. observ. cap. 28.* ¶ De pœnis adulterii, stupri & cujusvis illiciti coitus, *vide infr. in tit. ad l. Jul. de adult. & stup.* ¶ Quæ sint pœnarum genera, & de pœnis corporalibus, *vide per Clar. §. fin. q. 67.* ¶ De pœna illius, qui trahit aliquem in vetito foro, *vide in l. 5. C. de jurisdict. om. jud.* ¶ De pœna infamiæ, & qui efficiantur infames, *vide per eundem Clar. d. §. fi. q. 72.* ¶ De pœna privationis seu beneficii, *ibid. q. 73.* ¶ De pœna suspensionis in Clericis, *vide eundem in d. §. fi. q. 75.* Et Ecclesiastici interdicti, *q. 67.* ¶ De pœna excedentis moderatam castigationem, *vide per Menoc. de Arb. lib. 2. cas. 364. & infr. lib. 2. tit. de emenda. propinq.* ¶ De pœna lacerantis scripturas, *vide per Marc. q. 144. p. 2.* Aut instrumentum in judicio productum, *Rom. sing. 381.* ¶ Quæ sit pœna homicidii sine dolo commissi, *vide Boer. decis. 83. num. 9. & infr. tit. ad leg. Corn. de sica. Ubi de pœna homicidii.* ¶ De pœna exercentis jurisdictionem in alterius territorio, *vide per Fmn. Marc. q. 428.* ¶ De pœna illius, qui aliquem exemit delinquentem & de manu familiæ, *vide per Guid. Pap. q. 579. Crav. consil. 220. n. 9. Bart. in l. in furti 51. §. ope. ff. de furtis, l. 7. C. de Episc. audien. & supr. tit. de captum reor.* ¶ De pœna transcendentium muros civitatis, & auferentium ab illis lapides, *vide per Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 483. Rol. cons. 54. vol. 2. & Bart. in l. 11. ff. de rer. divis.* ¶ De pœna degradationis in Clericis, *vide ibid. q. 70. & 74.* ¶ De pœnis statutariis, *vide per Clar. §. fi. q. 82. & 85.* ¶ De pœnis statutorum & bannorum factorum à communitate, vel à Domino, *vide per D. Sol. in suis comment. in constit. nt. antiq. Sabaud. gl. 3. proœmii fol. 6.* ¶ De pœna corrumpentis judicem, vel adversarium non principalem, quæ sit, *vide per Bart. in l. 1. C. de pœna Judic. qui male judi. & l. 1. §. sed. ff. de calumniat.* ¶ De pœna illius, qui occiderit Officialem, *vide per Marc. q. 292.* ¶ De pœna exilii seu bannimenti & frangentis exilium seu fines ipsius, *vide per Clar. in d. §. fi. q. 71. & supr. tit. de banno, bannitis &c.* ¶ De pœna non obedientium mandatis Principum, *vide per Menoch. de Arb. lib 2. cas. 365.* ¶ De pœnis contrahentium incestas nuptias, vel prohibitas, *vide in Auth. de incest. nupt.* ¶ Quæ sint differentiæ inter pœnam & mulctam, *vide Boer. decis. 349. n. 3.* ¶ De pœnis Officialium, *vide supr. in tit. de pœna jud. qui male judica.* ¶ Authent. ut judices sine quoquo suffragio. ¶ De pœna illius, cujus causa fuit perpetratum delictum, licet non mandaverit, *vide Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 471.*

Cap. I. Pœna, qua sit, qualis sit.

Pœna legis quæ sit, & an possit excedere quadruplum, *vide Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 260.* Pro parte negativa, *scribit Pet. de Raven. sing. 887.* ¶ Quid sit mulcta, quis illam indicat, usque ad quem modum, vel qualitatem, cui indicatur, & de effectu, *vide Azo. in summa tit. C. de modo mulct. qua à jud.* ¶ Pœna corporalis tribus modis accipitur, & imposita per statutum, semper de mitiori (ut talis

deexilio) est intelligenda. *Mynsing.obs.45.cent.2.* ¶ Pœna falsæ testificationis, corruptionis aut comminationis, quæ sit, *vide Fran. Marc. q.443. part. 2.* ¶ Gravissima pœna imposita per constitutionem, quæ dicatur, *vide Rebuff. in constitut. Reg. To. 2. tract. de mercat. art. 1. gl. 16.* Quod sit pœna mortis, *scribit Corset. in suis sing. lit P. sing. pœna 10.* ¶ Pœna quæ sint capitales, & quæ non de jure Canonico, & Civili, *vide Boer. decis. 254.* ¶ Bannimenta hodie sunt loco deportationis, quæ amplius non est in usu, *Crav. cons. 220. num. 13.* ¶ Pœna corporalis etiam minima, est major quacunque pœna pecuniaria. *Cap. decis. 5. n. 5. & Jas. de actio. §. pœnales quoque, n. 45.* ¶ Si manus debeat abscindi, debet intelligi, de minus potenti. *Bart. in auth. sed novo. C. de serv. fugit.* ¶ Fustigationis pœna (ex quo infamat) æquiparatur morti, & dicitur major pœna relegationis, *idem Lud. d. decis. 1. n. 27.*

Cap. III. Qui puniri possit, vel non.

An quis possit condemnare aliquē in inquisitione non præcedente diffamatione, *Rol. cons. 57. to. 4.* ¶ Quænā pœna statuta sit in eos qui solidorum circulū exteriorē circum caderunt, sive aureos adrogant, sive vel non Principis aureis imponunt, *Cujac. lib 29. obs. c. 25.* ¶ Quæ sit injusta appellationis pœna, *Cujac. lib. 21. observ. c. 33.* ¶ Qua pœna sit plectendus qui aliquem testari prohibuerit, aut cogerit. *Vaud. Var. q. lib. 1. q. 30.* ¶ Qua pœna puniatur is, qui effracto carcere aufugerit, *Vaud. Var. q. lib. 2. q. 2.* ¶ Qua pœna teneatur is, qui poculum amatorium facit, aut dedit. *Anton. Quib q. 16.* ¶ Cognitionis pœnam an quis patiatur in delictis, & an ex simplici tractatu in crimine læsæ Majestatis, & atrocioribus delictis sequatur pœna ordinaria? *Quæst. 25. D. Gasp. Thes. q. Forens. lib. 2.* ¶ Auxilium homicidio præstans, vel aliquo modo ferens opem, an vera pœna delicti sit puniendus. *Quæst. 46. D. Gasp. q. For. lib. 1.* ¶ Blasphemia atrox, quæ dicatur, ut quis puniatur pœna Decreti novi Sabaudiæ, *sub titul. della Biastemma. Quæst. 78. D. Gasp. Thes. q. For. lib. 1.* ¶ Puniuntur omnes in delictis appensatis, etiam qui non apposuerunt manus, dummodo fuerint principaliter coadunati, ad illud delictum committendum, *Joseph. Lud. decis. Luc. 16. num. 8. & 9.* ¶ Delictum quando committitur à pluribus, quomodo delinquentes puniantur, *vide Fran Marc. q 767. & 775 part. 2. Joseph. Lud. decis. Luc. 16. Clar. §. fin. q. 8. Guid. Pap sing. 837. & c. fi. 23. q. 8.* ¶ Depopulatores & aggressores domuum alienarum, & capientes dominum domus, qua pœna puniantur, *vide Pap. q 422.* Vel ibidem aliquos percusserint, *Marc. q. 412. part. 2.* ¶ Quando crimina plurima resultant ex eodem facto, potest quis puniri de utroque crimine. *Joseph. Lud. decis. Luc. 61. num. 5.* ¶ Quilibet in officio publico delinquens insolidum tenetur, sed omnes pro sua parte præstabunt, nisi ab uno pœna exigi non possit, quia forte non esset solvendo. *Cabal. milleloq 91.* ¶ Forensis, qui portat arma, vel extrahit blada extra territorium, in quo erat statutum prohibitivum, non excusatur. *Bart. in l. interdum 16. §. licet ff. de publica. & vectig. vide supr. tit. de juris, & fac. ignor.* ¶ Statutum puniens coadunantem gentē, habet locum in coadunante quatuor, aut quinque homines. *Bart. in l. Prætor. 4. n. fin ff vi bonor. rapto.* ¶ Ratione enormitatis delicti, unus potest pro alio puniri. *Papon. lib. 24. tit. 10. arrest. 1.* ¶ Delinquentibus pluribus, quilibet eorum insolidum tenetur, & uno solvente, alter non liberatur. *l. adeo 8. ff. de jurisdict. omn. jud. gl. in l. item Mela 11. §. sed si ff. ad leg. Aquil. & Bart. in l. si quis 17. §. servi. ff. eod. de jurisdict. omn. jud. n. fi.* ¶ Facta prohibitione pœnali, dominus animalium tenetur, ad totam pœnam banni. *Gram. decis. 67.* ¶ Quando puniatur ignorans, qui adversus decretum fecit, & an illi liceat allegare ignorantiam, *vide l. fi. ff. de decret. ob Ordi. facien. & ibid. gl.* ¶ Fraudantes & extrahentes granum, & alia victualia contra prohibitionem, qualiter puniantur, *vide Jos. Lud. decis. Perus. 80. Et de materia infr. tit. ad reg. Jul. de anno.* ¶ Licet extet prohibitio, ne quis loquatur cum reo carcerato, tamen si aliquis alloquutus fuerit palam & publice verba non suspecta, non ob id tenebitur ad pœnam prohibitionis *Crav. cons. 3.* ¶ Perjurus qualiter puniatur, *vide Guid Pap. q 178. Ozas. decis. 66.* Et quis pœnis. *Jas. de actio. in §. item si quis postulante, n. 57. Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 319 Cassan. in consuet. Burg. tit. des retmicts, §. 12. gl. n. 6. 11. & Hartm. c 37. tit. de injur. lib. 2.* ¶ Ingrediens Ecclesiam cum sacra mysteria celebrantur, Episcopo vel Clericis, aut ministris aliis Ecclesiæ aliquam injuriam fecerit, aut ipsa sacra mysteria turbaverit, vel celebrare prohibuerit, graviter punitur. *vide § si quis cum sacra authe. de sanctis Episcop.* ¶ Incidentes arbores fructiferas & maxime vires, quâ pœnâ puniantur, *vide Mar. q. 551.* ¶ Maleficia comissa de nocte arctius puniuntur, quam commissa de die. *Gram. decis 36. num. 14.* ¶ Nobilitatem assumens per se, an & qua pœna puniatur, *vide Guid Pap. q. 89.* ¶ Ubicunque lex, vel statutum, aut consuetudo rendit ad puniendum delicta, talis lex, vel consuetudo, seu statutum, debet extendi etiam ad casum improprium, ne delicta remaneant impunita, *Cassan. in consuetud. Burg. tit. des Instices. Rub. 1. §. 5. gl 1.* ¶ Judex potest mulctare testes & Advocatos inobedientes. *Bart. in l. un. ff. si quis jud. in § is videtur.* ¶ Quis levando manum ad percutiendum aliquem punitur, licet non percusserit. *Guid. Pap. sing. 412. & Pet. de Rave. sing. 376.* ¶ Confitens delictum extra judicium punitur, etiam si delictum non commiserit, & hoc ratione jactationis. *Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 331.* ¶ Testis perjurus punitur ab eo Judice, coram quo testificatur, & ejus arbitrio. *l. nullum C. de testib.* ¶ Verba prolata hoc modo, *al dispetto de Dio*, important blasphemiam, proptetea illa proferens debet puniri. *Gram. decis. 50.* ¶ Muros civitatis transcendens qualiter puniatur, *vide Boer. decis. 232.* ¶ Jurans falsum in judicio qualiter puniatur in hac patria, *vide novos ordines, tit. del giuramento.* ¶ Qua pœna feriendi sint delinquentes, in quos non cadit pœna ordinaria, sed extraordinaria, *vide Menoch. de Arb lib. 2. cas 449.* ¶ Pœna corporalis, quæ imponitur in defectum solutionis pœnæ pecuniariæ, remanet integra, licet pœna pecunaria minuatur. *Bart. cons. 107. n. fi. vol. 1.* ¶ Quando is, qui dare vel facere aliquid tenetur præcepto vel sententia Judicis, facere debuisse vel potuisse dicatur, ut pœnam incurrat, *vide Menoch. lib 2. cas. 498.* ¶ De pœna sacrilegii, *vide per Papon. lib. 24. tit. 10. lib. 24. & supr. tit. de sacrileg.* ¶ Princeps vel ejus Delegatus licet possit citare aliquem, ut coram se compareat sub certa pœna, etiam causa non expressa, tamen ut pœnam comminatam infligat, causa vera apud eum subesse debet. *Natt. cons. 592. & seqq.* ¶ Quando Judex arbitrium in causis capitalibus habens, punire possit occidentem bannitum, *vide Menoch. de Arb. lib. 1. q. 90.* ¶ Defensionis limites excedens Judicis arbitrio punitur, sed quando dicatur excessisse, *vide eundem Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 271. & 278. & supr. tit. quando liceat unicuiq. sine Judice se vindic.* ¶ Consilium tendens ad perniciem alterius punitur, & tunc affectus, quamvis non sequatur effectus, punitur, leviori tamen pœna, *gloss. in §. sed, & si inst. de oblig. quæ ex quasi delic. nasc.* ¶ Rei ex eodem delicto, si per plures condemnentur sententias, divites tenentur solvere pro aliis non solvendo existentibus: quia in delictis quilibet tenetur insolidum ante & post sententiam. *Boer. decis. 310.* Etiam respectu partis læsæ, quod non procedit ratione expensarum. *Rot. Aven. dec. 111. in decis. divers. To. 3. vide tamen Papon. lib. 7. tit 3. arrest. 5. lib. 24. tit. 10. arrest. 15. & seq. & tit. 12. arrest. 4. ibid.* ¶ Condemnatus pro delicto ad pœnam pecuniariam, si illam solvere non possit, pœna corporali plectendus est.

Marc. q. 645. par. 2. Gram. vot. 4. num. fin. & Bart. in l. quicunque 4. C. de serv fugit. Quod procedit, quando pœna applicatur Fisco; secus si parti privatæ. *Papon. lib. 24. tit. 10. vide Jas. de actio. pœnales quoque, num. 43.* Nobiles non sunt puniendi ejosdem pœnis, quibus ignobiles. *§. item lex Julia, Institut. de publ. jud.* ¶ Tutor, qui non curavit, ut pupillo decernerentur alimenta, punitur. *§. si quis tutor, Instit. de suspec. tuto.* ¶ Quando universitas possit delinquere, & puniri, *vide Bart. in l. aut facta 16. §. nonnunquam, ff. de pœnis.* ¶ Delinquentes clam an gravius puniantur, qoam qui palam, & contra, *vide Jas. de actio. in §. sequens, vers. ex maleficiis, num. 20. Bart. in l. Prætor la prima. §. & generaliter. ff. vi bono. rapt. & gloss. in l. Officialis. C. de Episc. & Cler.* ¶ In acto prohibitivo magis punitur, qui clam delinquit, quam qui palam. *l. fi. ff. de rit. nupt. vide gloss. in 2. §. si in re deposita ff. vi bono. rapt.* ¶ Mandans eadem pœna punitur, qua mandatarius, ubicunque is absque mandato delictum illud facturus non erat. *Ozas. d. decis. 67. num. 10. vide Marc. q. 423. Jas. de actio. §. pœnales quoque num. 18. Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 353. Bart in l. non solum. §. si mandato. ff. de injur. & Hartm. t 5. tit. de contract. lib. 2.* ¶ Qualiter puniantur mandans & mandatarius in delictis, & quid si mandatum non fuerit perfecte executum, *vide Gram. decis. 38.* ¶ Maleficium consulens illi, qui alioqui facturus erat, licet non puniatur eadem pœna, tamen in enormibus, & atrocioribus delictis consulens punitur, licet principalis alias facturus esset. *Hippol. sing. 665.* ¶ Ratum habens delictum, punitur ex delicto, non ex ratihabitione. *Bart. in l. si ut 62. ff. de fidejuss. & mandat.* ¶ Nuncii, quorum medio fit tractatus maleficii, puniuntur. *Bart. in l. 1. §. incidit. ff. ad Senatuscons. Turpil.* ¶ Punitus per Judicem Ecclesiasticum non sufficienter, potest etiam puniri per secularem. *Ozas. decis. 103. num. fi. vide supr. tit. de causis mixtis.* ¶ Osculum rapiens virgini invite, qua pœna sit puniendus, *vide Afflict. decis. 276.* ¶ De muliere, quæ ventris doloribus impulsa, latrinam accesserat, & partum in cloacam effuderat, asserens ne scivisse se fuisse prægnantem, & qua pœna puniri debeat, *vide Ozas. decis. 60.* ¶ De pœna mulieris, quæ fecit abortum, *vide per Dec. cons. 535.* ¶ Mulieri medicamentum præbens, ex quo generare, aut concipere non possit, tanquam homicida reputatur. *Ozas. d. decis. 60.* ¶ Pœna, quæ sit præbentis poculum amatorium, & præter propositum mors subsecuta est, *vide Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 358.* ¶ Abortui causam dans, quomodo puniatur, *vide perillust. D. P. Thessau. decis. 12. & 13. & Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 357.* ¶ Pœna ubicunque apponitur ipso jure à lege, debetur non solum in foro judiciali, sed etiam in foro conscientiæ. *Cors. l. p. sing. pœna 14.* ¶ Mulier conspirans in necem viri occisi per adulterum, punitur eadem pœna, qua punitur adolter occisus. *Boer. decis. 262.* ¶ Quibus in causis cadaver puniatur, *Pap. lib. 24. tit. 14. arrest. 1. & Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 285.* ¶ In pœnis imponendis inspici debet consuetudo: ideo hodie propter adulterium, vel stuprum, non imponitur pœna corporalis. *Crav. consil. 41. n. 8. & cons. 137. De qua pœna vide infra tit. ad l. Jul. de adult.* ¶ Pœna consuetudinis minor & mitior derogat pœnæ juris communis. *Crav. d. cons. 137. n. 7.* ¶ Ex dispositione decreti antiqui Sabaudiæ, possunt puniri lenones manifesti, mēdicantes validi, ocio continuo vacantes, lusores cum taxillis, & aliis prohibitis ad pecuniam continuo ludentes, & multi alii, de quibus *in constit. antiq. Sabaud. lib. 3.* ¶ Personati habitus Monachorum, seu Monialium assumens, maxime tempore carnisprivii, per Episcopum loci veniunt puniendi tanquam sacrilegi. *Marc. de Mant sing. 11.* ¶ Pœna sacrilegii punitur contemptor auctoritatis Pontificialis, vel Imperialis potestatis. *l. 5. C. de divers. rescrip.* ¶ Opem præstans an puniatur, ut faciens, *vide Capit. decis. 155. num. 15. Boer. decis. 167. num. 3. Menoch. de Arbit. cas. 349. & 350.* ¶ Opem ferre maleficio, quibus modis quis dicatur, *vide Boer. decis. 167. Crav. cons. 224 num. 5. Bart. in l. in furti 51. §. ope. ff. de furt. & l. 27. §. si quis ff. ad leg. Aquil.* ¶ Præbentes auxilium mitius sunt puniendi, etiam quando statuto cavetur, qood præbentes auxilium, consilium vel favorem maleficio, puniantur eadem pœna, qua punitur committens. *Hippol. sing. 15.* ¶ Agentes & consentientes pari pœna puniuntur. *c. qui 4. ex. de furtis, & l. nemo 7. C. de pagan.* Sed quomodo dictom sit intelligendum, *vide Ozas. decis. 80. num. 6. & decis. 105. Marc. q. 412. par. 2. & Bart. in l. jubemus 14. §. si sane C. de Sacrosanct. Eccles.* ¶ Auxiliantes & associantes delinquentem, an eadem pœna sint puniendi, *vide Guid. Pap. q. 423. & q. 437. Natt. cons. 151. To. 1. & 458. Hippol sing. 400. & Marc. de Mant. sing. 29.* ¶ Conscius criminis, si non detegerit, qua pœna puniatur, *vide eundem Ozas. decis. 104.* ¶ Prohibere homicidium & delictum qui potuit, & non prohibuit, tenetur, *vide Ozas. d. decis. 104. num. 7. & Franc. Mar. q. 771. p. 2.* ¶ Ille, qui animo nocendi associatus pluribus hominibus, iverit ad domum illius, quem volebat offendere, sed tamen non offenderit, qua pœna sit puniendus, *vide Guid Pap. q. 437.* ¶ Deliberatio & destinatio deducta ad actum proximum & propinquum babetur pro perfecta. *Rot. Genuen. decis. 25. n. fi.* ¶ Capti tempore treguæ, an possint puniri de rebellione commissa tempore belli. *D. Gasp. Thes. q. For. q. 43. lib. 2.* ¶ Opem præstans post maleficium, qualiter teneatur, *vide Bart. in l. si quis 3. § quisquam. ff. ad Sylla.* ¶ Bannitorum receptores quando puniantur, & quibus pœnis, *vide Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 348. & supr. tit. de banno, bannitis, &c.* ¶ Consilium malum dans delinquenti, qua pœna puniatur, *vide Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 351. Clar. in sua Pract. §. fi. q. 88. Natt. cons. 597. Bart. in l. non solum 11. §. si mandato. ff. de injuriis, & gl. in c. 1. ex de offic. & potest. Judi. deleg.* ¶ Venena mala vendens, qua pœna puniatur, si alicojus mors intervenerit, *vide Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 359.* ¶ Si aliquis accommodaverit ferramenta ad maleficium faciendum, quomodo iste tanquam præstans opem maleficio debet puniri, *vide Pet. de Raven. singul. 804.* ¶ Quando aliquis debet puniri, quia erat in loco, ubi erat perpetratum delictum, ita pariter debet puniri, si erat alibi, ubi audire potuit clamorem. *l. fi. C. de his, quib. ut indig. hæred. aufer.* ¶ Si inquisitus confessus fuerit se vulnerasse Titium occidendi causa mandato alterius, qualiter debeat ipse, & mandans puniri, etiam si ex volneribus vulneratus non moriatur, *vide Capic. decis. 155. & Joseph. Lud. decis. Luc. 16.* ¶ Qui dicantur assassini, & qua pœna puniantur, *vide Capic. decis. 115. & Gram. vot. 9.* ¶ Pœna non inducitur contemnenti reformationem statuti, si statutum reformatum solum pœnam inducat, *Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 276.* ¶ Lex, hodie. *ff. de pœn.* non habet locum in pœnis à statuto determinatis, quia statutum est præcise servandum. *Jaff. Lauf. Balb. decis. 58.* ¶ Pœna statutaria an tollat pœnam juris communis, etiam majorem, *vide Marc. q. 907. Jas. de actio. §. omnes autem, vers. quadrupli, num. 39. & Clar. §. fi. q. 85.* Pro affirmativa scribunt *Joseph. Lud. decis. Luc. 61. n. 16. & Natt. cons. 44.* ¶ Delictum quando punitur per statutum, non punitur pœna statuti, nisi fuerit consummatum, *vide Gram. decis. 74. n. 5. & 10.* ¶ Statutum, seu lex puniens unum delictum, non includit illud, in quo non verificatur delictum præsoppositum. *Joseph. Lud. decis. Luc. 17. num. 39.* ¶ De statutis pœnalibus, *vide supr. tit. de statutis. pœnal.* ¶ Pœna statuti in delictis comprehendit etiam forenses & ignorantes. *Cabal. milleloq. 139.* ¶ An decreta pœnalia loquentia de faciente, habeant locum in persuadente, & fieri faciente, *vide Raud. de analog. t. 15. num. 252. lib. primo.* ¶ Delinquens forensis in civitate,

punitur

punitur secundum formam statuti illius, *Bart. in l. 1. C. ubi Senat.* ¶ Qui nominat aliquem ad munera ut illum redimere faciat, criminaliter punitur, *l. severiter 14. C. de excusat. tuta. vel curato.* ¶ Judex punit etiam extraneos suam jurisdictionem impedientes, *Bart. in l. unica. §. ff. si quis judicenti.* ¶ Qua pœna puniantur Judices, & Tabelliones, qui consentiunt alienationi rei Ecclesiasticæ, & etiam Oeconomi alienantes, *vide l. 14. C. de Sacrosan. Eccles.* ¶ Advocatus esse non potest, qui non est Christianus; alias privatur ejus officio, & deportatur. *l. nemo 15. C. de Episcop. audien.* ¶ Judices post administrationem depositam debent stare in loco, ubi officium administrarunt, per quinquaginta dies sub pœna, de qua *in tit. C. ut omnes judices.* ¶ Advocatus, qui pactus est de quota litis, debet puniri privatione officii: idem in procuratore. *l. si quis 5. C. de postulando, vide supr. tit. de postulando.* ¶ Ex prævaricatione Advocati, ille punitur: sed ea non probata, punitur accusator. *l. 1. C. de Advoc. divers. Jud.* ¶ Judices, Advocati, Tutores, Curatores & Procuratores puniuntur, si culpa aliquorum ipsorum causa protrahatur ultra triennium. *vide l. properand. C. de judi.* ¶ Administratores publici si legitime rationes non reddiderint & contingat probari aliqua bona (ad Cameram spectantia) ad ipsos pervenisse, qua pœna puniantur, *vide Ozas. decis. 70. n. 9.* ¶ De illo qui ignoraverat proclamata facta in civitate, & repetita, ut quilibet habens grana, ea intra certum tempus consignare debuisset, an quis non consignando in pœnam proclamatum incurrat, *vide Ozas. decis. 71. & supr. tit. de juris, & fact. ignor.* ¶ Pro contumacia non imponitur vera pœna delicti. *Ozas. decis. 105 n. 4. Limita, ut ibid. n. 12.* ¶ Inquisitus dum probationibus convincitur, licet perseveret in tormentis negando, damnari nihilominus poterit, leviori tamen pœna. *Gram. decis. 8.* ¶ Frequentia delictorum facit jura transgredi, ut quis plus puniatur, quam requirat delictum. *Gram. decis. 36.* Nam delinquendi consuetudine augetur pœna. *Hippol. sing. 378.* ¶ Magis punitur delictum commissum in civitate, quam in agro. *l. 3. C. de incest. nupt.* ¶ Ignorantia, quæ puniri debeat, & quando quis ob culpam puniatur: & dicitur criminaliter agi, quando pœna venit applicanda Fisco. *Bart. in l. 1 ff. de legib.* ¶ Maleficia non debent remanere impunita. *l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil Bart. in l. 18 §. si filius ff. de judic.* Et hoc ratione publicæ utilitatis. *c. ut fama 35. ex de senten. excom.* ¶ Quomodo puniatur ille, qui secreta Principis, Reip. vel privati manifestat, *vide Bart. in l. 1. §. si quis tabulas. ff. depositi.* ¶ Qua pœna puniatur usurpator auctoritatis Principis, jurisdictionis, vel alterius, nec non locum dignitatis ei non debitum sibi attribuens. *vide Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 380.* ¶ Turbans jurisdictionem Judicis, quando possit puniri, & quando dicatur turbare, *vide Menoch. cons. 230. lib. 3.* ¶ Peræquatores tallearum si gravaverint aliquem, per negligentiam, vel gratiam puniuntur *vide Guid. Pap. sing. 746.* ¶ Punitur aliquis ex eodem delicto plurib. pœnis, quando illæ imponuntur etiam ex eadem lege copulative: secus si alternative; quia tunc Judex unam eligere debet. *l. 1. & ibid. gl. de Summ. Trinit.* ¶ Diversitas factorum exigit diversitatem pœnarum. *l. si servus 49. ff. ad l. Aqui.* ¶ Plura facta unius familiæ puniuntur ut plura, ubi de publica utilitate tractatur: alias secus. *l. si familia 9. ff. de jurisdict. omn. Judic.* ¶ An pœna opposita uni ex correlativis, extendatur ad alterum, *vide in addition. ad Bart. in l. si erga 23. ff. de acceptilation.* ¶ Olim pater pro delicto filii, vel filiæ noxaliter tenebatur, sicut pro servo; hodie vero nullatenus, sed ipse filius ex delicto suo poterit puniri, & conveniri. *§. sed veteres, Instit. de noxal. action.* Sed an fiat executio pro pœna in peculio profectitio, *vide gloss. ibidem.* ¶ Delictum licet non sit perfecte consumatum, tamen quando perventum est ad actum facti proximum, efficitur punibile, *Gram. dict. decis. 74. num. 2.* ¶ In atrocioribus impeditus perficere delictum, impedimento facti, ut quia fuit detentus, punitur, *Gram. d. decis. 74. num. 3.* Pœna tamen extraordinaria. *ibid. num. 12. & 17.* ¶ Judex puniendo reum pro ultimo delicto, debet habere rationem præteritorum delictorum, de quibus non fuerat cognitum, *vide Papon. lib. 24. tit. 10. arrest. 9.* ¶ Plura delicta ad eundem finem tendentia, an debeant puniri pluribus pœnis, vel una tantum, & quid si eodem tempore commissa sint, *vide Clar. §. final quæstion. 84.* ¶ Repertus in flagranti crimine potest statim puniri. *Gram. decis. 36. num. 23. & 46.* ¶ Pater magis affligitur ex persona filii, quam ex propria. *§. sed veteres. de no. act. gl.* ¶ Magistratus officium sua auctoritate falso assumens, qua pœna puniatur, *vide Guid. quæst. 423.* ¶ Multiplicatio delictorum causat multiplicationem pœnæ, *Bart. in l. quicunque 4. C. de serv. fugit.* Nam varia crimina variis sunt pœnis afficienda. *cap. non afferimus 24. quæst. 1.* Et iterata delicta gravius puniuntur, *cap. ad abolendam 9. ex de hæred.* Sed quando, *vide Bart. cons. 222. volum 1.* ¶ Quando plura delicta diversis temporibus sunt facta, de quolibet venit imponenda pœna: sed quando sunt eodem tempore, de uno fit punitio. *l. illud 32. §. final. ff. ad l. Aquil.* ¶ Officiales qui prætextu officii, aliquid per concussionem accepit, accepta restituit, & criminaliter punitur. *l. 3. C de condictio. ob turp. caus.* ¶ Officialis in suo officio negligens punitur. *l. Mancipia 5. C. de serv. fugit.* ¶ Notarius punitur, si receperit testamentum, in quo non sit nominatum a testatore coram testibus nomen hæredis. *l. jubemus 29. C. de testament.* ¶ Baculo aliquem percutiens, qua pœna puniatur, & quid si percussus fuerit Ecclesiasticus, *vide Perillust. D. P. Thessaur. decis. 224.* ¶ Aerem inficiens etiam respectu artis inferentis fœtorem, qua pœna puniatur, *vide Hartm. cap. 34. tit. de injur.* ¶ Imagines Salvatoris nostri, vel Sanctorum fœdans, vel spurcans, aut feriens, qua pœna puniatur, *vide eundem Menoch. ibid. cas. 376.* ¶ Mendacium, non nisi in casibus à jure expressis, punitur, *Menoch. de Arbitr. cas. 276.* ¶ Qua pœna puniatur, qui manum, vel mortem sibi infert, *vide Menoch. ibid. cas. 284. & supr. tit. de bonis eorum, qui mortem.* ¶ Dicens falsum coram Judice, vel producens, qua pœna puniatur, *vide Bart. in l. nullum 12. C. de testib. & infra tit. ad leg. Cornel. de fals.* ¶ Recipiens in fraudem Fisci promissiones, vel venditiones, punitur in quadruplum, *Bart. in l. qui 8. C. de jure Fisci, lib. 10.* ¶ Incendiarius dolosus punitur lege Cornelia de sica. *l. data 11. C. de his, qui accusar. non poss. vide infra tit. de incendio, &c.* ¶ Arma deferens coram Judice exercente officium punitur, & si licentiam haberet delationis armorum, *D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ gloss. 1. par. decreti, ne fuga. num. 14. fol. 168.* ¶ Nullus Fiscus, seu chirurgicus, aut pro tali se gerens ignotus, aut à partibus remotis ad patriam hanc Pedemon. accedens, in civitatibus, aut villis ejus ad practicandum artem physicorum, seu chirurgicorum admittitur, nec ad hoc se ingerere potest, quousque coram Castellano aut Officiario loci se præsentaverit, & fuerit per ipsum admissus, ante cujus admissionem, si se pro tali geras, incurrit pœnam, de qua *in decreto antiq. Sabaud. tit. de physicis & chirurgicis lib. 3.* ¶ Quibus modis & casibus fraus committi possit, quomodo & quando puniatur. *vide Maran. in suo spec. de ordin. judic. part. 4. distinct. 11. num. 19. & seq.* ¶ Effractorem eum dici, qui carcerem effregit, & Judicis arbitrio puniri, scripsi *supra tit. de effractorib. carce.* ¶ Filius criminosus à patre præsentatus, mitius punitur, *vide Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 347. & infra lib. 2. tit. de patria potesta.* ¶ Aggressor ex duobus contendentibus & rixantibus, quis præsumatur, & qualiter puniatur, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 363.* ¶ De pœna, quæ fit criminosi,

qui spe promissæ impunitatis, delictum confessus fuit, *vide ibidem cas. 367.* ¶ Quando armorum usus interdictus sit, & de pœnia arma deferentium, *vide per Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 384. Ludo. Rom. singul. 266. & infra lib. 2. titul. de usu armorum.* ¶ Si Judex, vel serviens præceperit alicui, ut caperet aliquem delinquentē, si ille non obtemperaverit, an sit puniendus, *vide Rebuff. in constitut. Reg. tract. de liter. oblig. art. 6. num. 15.* ¶ Gemmas fictitias, atque adulterinas vendentes, ut fures sunt puniendi. *Hippol. singul. 318.* ¶ Leges possunt transgredi propter gravitatem & detestationem criminis, adeo ut homo mortuus tunc puniatur. *Marc. de Mant. singul. 15.* ¶ Punitur gravius qui consulto, & data opera delinquit. *Joseph. Lud. decision. Luc. 16. numer. 6.* ¶ Qua pœna puniatur acta diffigillans, & literas privatas aperiens, *vide Marc. quæst. 738. Jason. de action. in §. pœnales quoque, & Bart. in l. qui 2. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Et quid in illo, qui literas non restituit ei, cui mittebantur, *vide Jason. ibidem & num. 38.* ¶ De pœna hæreticorum, quomodo & quando illi debeant condemnari, *vide per DD. de Rot. decision. 1. titul. de hæret. in antiq. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 374. Bart. in l. 1. numer. 31. C. de Summa Trinitat. & l. 4. C. de hæret.* ¶ Quomodo puniatur ille, qui dolo se alium asseruit, nomen alterius assumens, *vide observ. 12. Senat. Tholosan. in decision. divers. fol. 253. Clar. in sua Pract. §. final. quæstion. 83. & Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 318.* ¶ De pœna illius, qui celabat pestem, & mortem suorum domesticorum, *vide Rot. Auen. decision. 120. in decisio. diverso.* ¶ Eximens aliquem de carceribus, eadem pœna tenetur, qua tenebatur exemptus. *Mago. decision. 92. Luc.* ¶ Qua pœna puniatur ille qui removet literas Curiæ à manu servientis, *vide Guid. quæstio. 579. numer. 5.* ¶ Medicus male medicans punitur, sed quando, *vide Papon. lib. 23. titul. 8.* ¶ Muliones accipientes vinum & ponentes aquam loco vini, puniuntur. *Papon. lib. 23. titul. 9. arrest. 1.* ¶ Vagabundus quis dicatur, & qua pœna puniendus, *vide Lud. à Pegue. in suis quæst. criminal. cap. 3.* ¶ Quis dicatur mendicans validus, & an puniendus sit, & qua pœna, *vide ibidem. cap. 4.* ¶ Quæ pœna sit contra maledicentem Principi, *vide Cravet. consil. 6. numer. 71.* ¶ Qua pœna puniantur liberti & liberi vocantes patronos, vel parentes in jus sine venia, *vide l. penult. & final. & gloss. ibidem. ff. de in jus vocan.* Vel corrumpentes edictum Prætoris in album positum, & quæ comprehendatur hoc edicto, *vide eundem Jason. de actio. §. pœnales quoque, facit. l. si quis id, quod ff. de jurisdict. omn. Judic.* ¶ Qua pœna puniatur ille, qui exigit debitum jam solutum, *vide eundem Jason. in §. si quis agens, versic. sed hac. numer. 12.* Quo loci traditur eum puniri crimine stellionatus. ¶ Propter enormitatem delicti, domus, in qua fuit commissum delictum, diruitur. *Papon. lib. 24. titul. 10. arrest. 5. & 7. & titul. 12. ibidem. arrest. 2.* ¶ Pœna & delictum sibi invicem correspondent, & pœna delicto commensurari debet. *Cravet. consil. 287. num. 6.*

Vel non.

Lapidem projiciens, si aliquem casu occiderit, non punitur pœna ordinaria, sed extraordinaria. *Boer. d. decis. 83. num. 12.* ¶ Delictum tempore furoria per furiosum commissum, puniri non debet; secus si fuisset commissum tempore sanæ mentis. *l. congruit. ff. de offic. Præsid.* ¶ Puniri corporaliter quis non potest, nisi in delicto dolus intervenerit: & hoc casu lata culpa non æquiparatur dolo, *Clar. §. fin. q. 84.* ¶ Quando reus optemperat ultimo præcepto pœnali, non debet pro aliis præceptis non observatis mulctari, *vide Hippol. sing. 461.* ¶ Crimina si ex uno resultant duo, quæ se habent, ut genus & species, delinquens non potest puniri, nisi ex una lege: si vero ut species separatæ, tunc ex utraque punitur. *Bartol. in l. Senatus 14. ff. de accusat. & inscript.* ¶ Faciens uno tempore vim, occupationem & homicidium, non punitur de quolibet: quia unum est delictum aggravatum. *Bart. in l. 6. C. ad leg. Jul. de vi public. vel privat.* ¶ Justitiæ clavis errat, quando delicto majorum non puniuntur. *Bart. in l. ad 7. C. de divers. offic. lib. 12.* ¶ Non punitur ille, qui in publica pugna percussit pugnantem, secus si non pugnantem, vel extra locum pugnæ. *l. qua actione 7. §. si quis. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Delatus ex confessione facta cotam Judice remittente, non potest puniri per Judicem, cui committitur, non facto novo processu. *Guid. Pap. q. 419.* ¶ Officialem offendens odio particulari, non punitur pœna offendentia Officialem. *Vinc. de Franc. decis. 326. p. 2.* ¶ Convocans hominea non tenetur ex promissione, qua promisit sibi adjuvantes & auxiliantes relevare indennes, si eos contingat ad emendam vel aliam pœnam condemnari. *Boer. decis. 54.* Et talis principalis convocans tenetur de damno, per ipsum & alios per eum convocatos datum, & de morte hominis. *Boer. ibidem. Bart. in l. Prætor. §. si quis. vi bonor. raptor.* Nam auctor criminis acerbius plectendus est, quam socii. *Cravet. consil. 220. numer. 15.* Sed ipsi convocati, & coadunati, non tenentur de damno, quod alii dederunt; de facto tamen, & damno proprio tenentur. *Boer. dict. decision. 54. numer. tertio.* ¶ Incitans aliquem ad aliquod maleficium committendum, non debet puniri ordinaria pœna delicti; sed extraordinaria. *Ozas. decision. 67.* ¶ Virtus pœnarum expirat, remoto, vel mortuo Judice, aut Domino, qui edicta, vel proclamata fecit. *Rol. consil. 38. vol. 2.* ¶ Edictum, ut nemini liceat alterum mentiri sub pœna, non comprehendit mentitam ad repulsionem injuriæ. *Menoch. consil. 41. lib. 1.* ¶ Pœna non debet excedere proprium casum, & ut odiosa restringi debet, non ampliari: quare licet ex rationis identitate debeat extendi constitutio, tamen non extenditur pœna illius. *Ant. Corset. in suis sing. lit. A. sing. additio. vide tamen Ozas. decis. 67. num. 8. Jas. de action. §. sequens illa. num. 7. & Bart. in l. si fine 25. ff. de in jus vocan.* ¶ Absentia justa excusat quem à pœna legali, non à pœna conventionali. *idem Corset. ibidem lit. P. sing. pena 1.* ¶ Qui intercedit pro Officiali simpliciter, videtur intercedere pro interesse, non pro pœna propter maleficium imponenda. *l. fidejussores 69. ff. de fidejusso. & mandat.* ¶ Liber homo non debet damnari ad perpetuos carceres. *Albrig. de Alber. sing. 32.* ¶ Pœna talionis hodie non est in usu. *Ozas. decis. 19. in fin. vide supra tit. de calumniato. & Clar. in sua Pract. §. fin. q. 81.* ¶ Causa justa, sine injusta excusat à dolo, & à declaratione mulctæ. *Marc. q. 776. num. fin.* ¶ Accusatione contra plures instituta, potest sententia contra unum ferri, & contra alios suspendi: sed tunc condemnatus non tenebitur pro postea condemnatis. *Boer. d. decis. 310. num. fin.* ¶ Quando in delictis unius solutio liberet alios, *vide Mar. d. q. 775. p. 2. Ias. de actio. §. pœnalis n. 26. & Bart. sing. 23.* ¶ Mandato primo non obediens, si secundo pareat, an evitet pœnam primi mandati, *vide Hippol. sing. 491.* ¶ Quando plurea delinquunt per modum universitatis vel famæ, unius solutio liberat alios: si vero delinquentes non comprehendantur sub uno nomine, tunc sive deliquerint, convocato Concilio, sive proprio motu, quilibet tenetur in solidum, nec unius solutio liberat alios. *Fran. Marc. 775. p. 2.*

Cujus sit.

Pœnæ pecuniariæ pro delictis impositæ, non sunt de mero Imperio, & ideo spectant ad Dominum jurisdictionis

ctionis, excepta pœna confiscationis bonorum, quæ pertinet solum ad Dominum habentem merum imperium in feudo. *Capic. decis. 27. num. 17. vide Rol. consil. 42. vol. 2.* ¶ Pœna quam incurrit subditus à Principe propter inobedientiam, an sit applicanda Principi vel Vassallo, *vide Natt. consil. 659.* ¶ Pœna applicatur Fisco loci primi Judicis, quando sententia confirmatur per Judicem appellationis, *Guid. Pap. q. 237.* ¶ Pœna pecuniaria subrogata in locum pœnæ corporalis, utrum sit Baronis, vel alterius Domini Jurisdictionis, *vide Capic. decis. 27. num. 12. & supra tit. de damnat. bon.* ¶ Pœna debet esse illius, de cujus tempore fuit lata sententia, non autem illius, de cujus tempore fuit commissum delictum. *Guid. Pap. q. 535. Papon. lib. 13. tit. 9. arrest. 9.* Sed *Bocr. decis. 5.* tenet contrarium, quem sequitur *Rol. consil. 77. volum. 4.* ¶ Mulcta statim, quæ Fisco declarata est, illi jus dicitur quæsitum irrevocabiliter. *Fran. Marc. q. 208.* ¶ Pœna quæ partim applicatur Fisco, partim parti, an debeat tota solvi Fisco, *vide Bart. in tit. C. de vend. rer. Fisc. cum priva. com. lib. 10.* ¶ Pœna simpliciter imposita à lege, in dubio cui debeat applicari, *vide Ias. de actio. §. superest. n. 27.* ¶ Arma nova empta, aut vendita Fisco applicantur, *Clar. in sua Pract. §. fi. q. 79.* ¶ Licet pœna applicanda Fisco ob delictum in committendo consistens, non possit auferri Fisco, tamen si venit ex delicto consistente in omittendo, potest pacto privatorum illi auferri. *idem Conf. sing. pena 15.*

Cap. III. Qui quos punire possit.

Mulctæ indictionem solis Magistratibus concedi, & non Delegatis ipsorum (cum sit meri imperii) scribit *Menoch. de Arbit. lib. 1. q. 47. num. 9.* ¶ Mulctam gravem qui incidere possint, *vide ibid.* ¶ Gubernator non potest mulctare homines alicujus villæ existentis in suo mandamento, qui recusarunt præstare alimenta & victum militibus (missis per ipsum Gubernatorem) ad taxam viliorem, quam vendebantur res communiter. *vide Natt. consil. 83. 84. Tom. 1.* ¶ Mulcta pro delicto si infligatur, Judex semel functus officio amplius, non se intromittit, nisi solutionis impotentis, quia facultates si non suppetant, tunc etiam pœnam remittit, vel moderatur. *Marc. de Mant. sing. 362.* ¶ Judicis arbitrio relinquitur, quæ mulcta contumaci possit indici. *Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 280.*

Cap. IV. Pœna mortis qui puniri possit, vel non.

Nobiles non suspenduntur, sed capite truncantur, & delinquens in officio plus punitur. *Marc. de q. 673. vide Bart. in l. 3. ff. de re militari.* ¶ Consuetudo delinquendi operatur, ut quis possit ad mortem puniri, licet alias non puniretur ad mortem pro illo delicto. *Gram. vot. 17. num. 19. & Bart. in l. C. de super acto. lib. 10.* ¶ Committens plura delicta, ex quibus veniret illi imponenda pœna pecuniaria ex quolibet ipsorum, an quia consuetus delinquere, possit pœna ultimi supplicii condemnari, *vide Gram. decis. 16. & vot. 9. numer. 26.* ¶ Consuetus delinquere quis dicatur, *vide eundem Gram. decis. 16.* ¶ Potestati qui colaphum intulerit, an capite sit plectendus, *vide Marc. d. q. 292. num. 7. Gram. decis. 36. num. 4. & Io. de Arno, sing. 13.* ¶ Ascendentes scalas ad domum alienam causa violandæ castitatis Virginum, tenetur pœna ultimi supplicii, si processerit bannum prohibitivum, *vide Gram. decis. 36. num. 15.* ¶ Pro raptu mulieris honestæ conditionis, imponitur pœna amissionis capitis. *l. unic. Cod. de rapt. virgin.* ¶ Sodomitæ pœna capitali puniuntur. *Fran. Marc. q. 508. num. 7.* ¶ Animal brutum, quod deliquit, debet morti tradi. *Guid. Pap. q. 238.* ¶ Commentariensis capite punitur, si rem habuerit cum muliere incarcerata. *Guid. Pap. q. 441. num. 3. vide supra tit. de carcere, &c.* ¶ Qui sint casus delictorum, in quibus pœna mortis imponitur. *Clar. §. fin. q. 68. De pœna amputationis membri, ibid. q. 69.* ¶ An denuo sit suspendendus, qui semel suspensus per ruptionem funis, evasit mortem, *vide Papon. lib. 24. tit. fin.* ¶ Licet ex generali consuetudine ob conatum quis pœna mortis naturalis puniri non debeat, tamen hæc consuetudo non habet locum in crimine assassini. *Gram. vot. 9. num. 22.* ¶ Pœna capitalis dum imponitur, requiritur actus consummatus, alias non punitur delinquens pœna mortis. *Gram. d. decis. 74. n. 6. 10. & 13.* Sed alia pœna extraordinaria. *vide Papon. lib. 23. tit. 10. arrest. 1.* ¶ Ex quibus delictis delinquentes pœna capitali debeant puniri, *vide per Cassan. in consuetud. Burg. tit. des Iustices. Rub. 1. gl. 2.* ¶ Nobiles licet non possint furcis suspendi, tamen propter enorme delictum, suspendi poterunt. *Gram. decis. 36. num. 5.*

Vel non.

Pœna non capitalis, ob reiterationem fit capitalis. *Joseph. Ludovic. decis. Luc. 17. num. 22. Gram. decis. 16. n. 5.* Nam iteratio delicti pœnam auget. *gl. in l. ff. de jure patro.* Dictum tamen limitatur in delictis commissis à minore, *vide ibid. per tot. d. decis. 17. Lud.* ¶ Auxilii cooperatio, ubi simplex est, ex qua delictum, seu tractatus non est actus, pœnâ mortis non punitur. *Ozas. decis. 79. n. fin.* ¶ Ubi fit mentio pœna capitalis, non intelligitur de pœna mortis, secus in pœna ultimi supplicii. *Papon. lib. 24. tit. 20. arrest. 3. vide Raud. tract. de Analog. cap. 12. num. 12. & Maran. in suo spec. de ordine judic. par. 4. distinct. 2. judic. fol. 74.* ¶ Conscii atrociorum delictorum, & illis non obviantes, non puniuntur morte, sed alia gravi pœna. *Ozas. d. decis. 80. num. 7.*

Deportationes.

Committens incestum deportatur, *l. si quis. ff. de quæst.* ¶ Deportationis pœna hodie non est in usu, & ejus loco succedit pœna statutaria, quo statuto deficiente pœna erit arbitraria. *Capic. decis. 353.*

Pecuniaria.

Pœna dum ex aliqua causa venit moderanda aliquo respectu, non potest esse corporis afflictiva, sed pecuniaris, vel alia, ex qua corpus non affligitur. *Gram. decis. 96. num. fin. idem, vot. 5. num. 3.* ¶ Nobiles in pœna pecuniaria plus puniuntur, ignobiles vero in pœna corporali. *Marc. q. 673.* Pœna civilis pecuniaria propter impotentiam non solventis punita in corpus, judicatur à judice criminali. *Capic. decis. 27. numer. 19.* ¶ Judex potest amplecti pœnam pecuniariam, & dimittere pœnam corporalem, quam incurrit reus ob solutionem pœnæ pecuniariæ in tempore non factam, licet ille potius vellet puniri corporaliter, quam pecunialiter. *Fran. Cremen. sing. 103.* ¶ Universitas si aliquod crimen committat, pœna pecuniaria, non corporali, sunt plectendi illi, qui sunt de Universitate. *Guil. de Lud. sing. 83 vide infra lib. 2. tit. quod cujusque Univers.* ¶ Quando quis debet puniri pœna corporali arbitrio Judicis, an ille possit commutare pœnam corporalem in pecuniariam, *vide Cassan. in consuet. Burg. tit. des Iustices. Rub. 1. §. 5. gl. 10. num. 22.* ¶ Judici pecuniam dans, ut pro eo judicet, perdit causam, & orans judicem in camera, ut pro illo judicet in causa criminali, punitur pœna centum aureorum. *Lud. Rom. singul. 330.* ¶ Pro obligatione, quæ nascitur ex delicto, potest accedere fidejussor, quoad pœnæ pecuniariæ promissionem; non autem pro pœna corporali. *vide l. si quis 57. §. fin. & l. si à reo 71. §. fin. in addit. ff. de fidejuss. & mandat.* ¶ Qui sint casus, in quibus pœna pecuniaria est à jure imposita, *Clar. §. fin. q. 80.* ¶ Pro eo, quod

quod ita positum est, ut si caderet, damnum daret, datur actio contra dominum rei, vel habitatorem domus ad pœnam decem ducatorum. *Joan. Crisp. de Vone. in suo tract. termino. actio. num. 105. post volumen Id. de actio. vide §. item is, ex cujus cœnaculo, cum §. seq. Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nasc.* ¶ Barbam, vel capillos alicui expilans, tenetur pœna decem librarum parti, & viginti librarum Fisco. *Ludo. Rom. sing. 569.*

Arbitraria, vel non.

Arbitraris pœna ubi venit imponenda, habenda est ratio personarum, & facultatum, & non includit mortis pœnam. *Ozas. decis. 104. num. fi. Joseph. Lud. decis. 1. Luc. num. 28. vide tamen Maran. in suo spec. de ordin. judic. disputat. 3. Gram. decis. 36. num. 12. Math. Mathes. sing. 48. Boer. decis. 317. num 3. Papon. lib. 24. tit. 10. arrest. 2. & 3. & Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 86.* Nam in arbitrariis Judex non potest imponere pœnam ultimi supplicii; sed temporalem. *Cabal. milleloq. 512.* ¶ Quando pœna remittitur arbitrio Judicis, ille potest arbitrari usque ad mortem, si illa delictum sit dignum ex circumstantiis. *Cravett. consil. 220. num. 14.* ¶ De pœnis quæ arbitrio judicis imponuntur, & quomodo tale arbitrium accipi debeat, *vide Clar. in sua Pract. §. fi. q. 83.* ¶ Judici hodie omnis pœna est arbitraria, etiam à jure determinata. *Marant in suo spec. de ord. jud. par. 4. tit. an sit judic. civil. vel criminal. distinct. 1. num. 8.* ¶ Damnatus per viam inquisitionis non punitur pœna ordinaria à lege inducta; sed mitiori & arbitraria, nisi constet de crimine per confessionem. *Marant. ibid. distin. 10. judic. num. 6. & 8.* Et judicium omne extraordinarium dicitur. *ibid num. 7.* ¶ Pœna omnis est arbitraria in Principe. *Ozas. decis. 80. num. fi. Gram. decisio. 36. num. 8. & 12. Boer. decis. 254. num. 22.* ¶ Pœna est arbitraria contra cives non præstantes auxilium Officialibus insultatis. *Capic. decis. 149.* ¶ Judex in criminalibus debet amplecti pœnas ordinarias à legibus constitutas, neque illas temere potest suo arbitrio augere, minuere & variare, neque debet esse mitior lege: sed tunc demum arbitrari potest, quando certa specialis pœna per legem imposita non est. *Lud. à Pegue. in suis quæstion. crimin. c. 7. num. 14. vide tamen ibid. num. 17.* ¶ Judicis arbitrio punitur, qui Deo dicata distrahit, *idem Menoch. lib. 2. cas. 282.* Quod etiam habet locum in corruptore Judicis. *Menoch. de Arbit. cas. 343.* ¶ Arbitrio judicis punitur, qui insignia alicujus familiæ corrumpit & delet. *Menoch. ibid. cas. 281.* ¶ Judicis arbitrio punitur ille, in quem pœna ordinaria non cadit. *Menoch. de Arbit. cas. 449.* ¶ Volens dare toxicum, pœna arbitraria debet puniri. *Ant. Columb. sing. 2.*

Ignis & fustigationis.

Luxuriantes contra naturam pœna ignis, seu combustionis puniuntur. *Papon. lib. 24. tit. 14. arrest. 6.* ¶ Carceratus pro crimine non obediens præceptis, potest fustigari. *Papon. lib. 24. tit. 10. arrest. 19.* ¶ De pœna fustigationis & torturæ data pro finali pœna: & an pœna perpetui carceris sit in usu, *vide per Clar. §. fi q. 70. & Menoch. de Arbit. lib. 1. q. 89.* ¶ Hodie loco pedis succedit manus abscissio: pro furto vero sola fustium castigatio; sed pro latrocinia furca. *authen. sed novo jure. C. de serv. fugit.* ¶ Qui jurando per Principem pejeravit, fustibus castigatur. *l. si duo 13. §. fin. ff. de jurejur.*

Cap. V. Quæ puniantur propter delicta.

Insultus factus cum armis, licet non extractis, punitur, ac si illa extracta fuerint, & cum armis factis dicitur. *Rom. sing. 568.* ¶ Conatus ad delictum in omnibus delictis, quando & qua pœna puniatur, fusius quam hactenus tactum sit, explicatur *per Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 360.* ¶ Punitur affectus, non secuto effectu, quando res esset perniciosi exempli. *Gram. decis. 74. Bart. in l. si quis 20. C. de fur. & d. l. 20. C. de serv. corrup.* Idem in atrocissimis delictis, & nefandissimis actib. quando processum est ad aliquem actum. *vide Boer. decis. 316. Capic. decis. 155. num. 16. Joseph. Lud. decis. Luc. eb. Gram. d. decis. 74. n. 18. Papon. lib. 23. tit. 10. arrest. 2. & seqq. Gram. vot. 9. & 12. facit l. si quis 5. C. de Episc. & Cler.* ¶ Scientia sola delicti futuri, utrum puniatur, *vide Capic. decis. 149. & Bart. in l. utrum 6. ff. ad leg. Pomp. de parr.* ¶ An puniatur delictum attentatum, non perfectum, *vide eundem Gram. decis. 2.* ¶ Pœna constituta offendenti aliquem personaliter, sibi locum non vendicat in solo insultu. *Dec. cons. 496.*

Cap. VI. Pœna quando imponi possit.

An si delictum probetur per testes dicentes se scire, quia vicini sciunt pœna levior sit imponenda, *Fach. lib. 11. cap. 70. affirmat. Dec. cap. tertio loco de probation.* ¶ Pœna quæ imponitur ipso facto, vel ipso jure pro aliquo delicto, nunquam imponitur pro actu imperfecto. *Gram. decis. 2. n. 15.* ¶ Pœna ubi ipso jure imponitur pro aliquo crimine, requiritur ante omnia sententia declaratoria, per quam debet declarari tale crimen esse commissum; alias pœna non sortitur effectum suum. *Gram. decis. 15. num. 8. Pet. de Rav. sing. 556. vide eundem Gram. decis. 105. n. 60. Pet. Benint. in. decis. 37. Math. Mathes. sing. 111. & 114.* Tamen tunc non est necessaria litis contestatio. *Bart. in l. unica, n. 8. C. ex delictis defunctorum.* ¶ Pœna Spiritualis & temporalis pro eodem pacto imponi potest: ideo Clericum percutiens ultra pœnam temporalem, est etiam excommunicatus, & potest à Judice Spirituali & temporali puniri. *Bartol. in l. placet in repet. n. 6. C. de Sacrosanct. Eccles. vide supra tit. de causis mixtis.* ¶ Judex causa cognita, imponit pœnam corporalem pro pecuniaria; & duplex pœna pro delicto, quando imponi possit, & quando pœna possit mutari, vel augeri, & de materia, *vide per Bart. in l. quid ergo 13. & pœna gravior. ff. de his, qui notan. infa.* Quibus in casibus pœna pecuniaria in corporalem commutari possit, *vide Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 447.* ¶ Pœna quando imponitur pro delicto arbitrario Judici, illa pœna videtur terminata, quæ pro tali delicto consuevit imponi *Bart. in l. accusatore. §. ad crimin, num. 12. ff. de public. judic.* ¶ Pœna quando non est limitata à jure, remanet imponenda officio Judicis. *Bart. in l. 2 de effractio. & expilat.* ¶ Pœna minor imponitur, ubi proceditur ex præsumptione. *Capic. decis. 126. num. 15. vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cap. 279.* ¶ Pœna quando non est imposita à lege, vel statuto pro aliquo delicto, succedit pœna imponenda arbitrio Judicis. *Gram. decis. 2. num. 27. & decis. 39. n. 10. vide Marant. in suo spec. de ordine jud. par. 4 distinct. 9. judic. & 10.* ¶ Pœnæ duæ, ubi pro delicto imponitur, Judex habet arbitrium utendi qua velit. *Marc q. 907. n. 9. vide Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæst. 87. & 94* ¶ Pœna pro delicti qualitate, & causæ imponi debet; quia pœna delicto major esse non debet. *Marc. quæst. 717. part. 3.* ¶ Judex abstinere debet à pœna triremium, quoties alia imponi potest. *Crav. cons. 18. n. 18.* De ipsa pœna, & de pœna detrusionis in Monasterio, *vide per Clar. §. fin. quæst 70.* ¶ Bannum pro vulnere non mortali etiam illato ex proposito, nunquid imponi possit, *vide Natt. cons. 603.* Ubi figurat casum in juvene, qui mulierem in facie vulneraverat, cicatrice remanente. ¶ Pœna si imponatur respective ad aliam, intelligitur cum omnibus qualitatibus illius pœnæ, ad quam fit relatio. *Bart. in l. 1. §. cum plures. ff. si fam. furt. feci. dicat.* ¶ Pœna, quando im-

do imponitur à lege ſimpliciter, applicatur Fiſco, *Bart. in l. 3. num. 3. ff. de termin. mot.* ¶ Tres tantum mulctas poteſt pro crimine Judex imponere. *Bart. in l. 6. C. modo mulct.*

Vel non.

Pœna ſtigmatis in facie hominis, eſt illicita. *Mynſing. obſervat. 46. cent. 2. vide Clar. in §. fin. quæſt. 70. Marant. in ſuo ſpec. de ord. judi. part. 4. diſtinct. 2. num. 9.* ¶ Fuſtigationis pœna gravis eſt, & infamia, ideo non ſolet imponi Nobilibus, *Joſeph. Ludo. deciſ. 1. Luc. num. 1.* ¶ Pœna alicui imponenda non eſt, niſi ſit jure expreſſo cautum. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 276.*

Cap. VII. Quando minui, vel mutari.

Pariter in ipſa patria pœna ſtatutaria, & levior, reducitur ad diſpoſitionem juria communis, ſtatuto annullato. *Sol. tit. delle eſſecutioni cap. 3.* ¶ Pœna minuitur ex multis cauſis, de quibus *vide per Joſeph. Lud. deciſ. 15. num. 63.* ¶ Pœna extraordinaria, quæ venit imponenda propter injuriam factam alteri, debet moderari ſecundum qualitatem, & dignitatem illius, ut major imponatur, ſi ſit nobilis, quam ſi ignobilis, qui recepit injuriam. *l. non eſt 66. ff. de rit. nuptia. vide infr. tit. de injuriis.* ¶ Pœna banni in pecuniariam Judex mutare poteſt, ſi juſta cauſa ſubſit, ſed an judex mutando pœnam legia, cauſam in ſententia exprimere debeat, *vide Mynſing. obſerv. 30. cent. 2.* ¶ Pœnam impoſitam in præcepto, judex poteſt augere vel minuere. *Bart. in l. unica ff. ſi quis jusdicenti non obtemp. num. 11.* ¶ Judex, ubi per legem punitur effectus, ac ſi fuiſſet conſummatus, poteſt tamen pœnam mitigare. *Afflict. deciſ. 276. n. fin.* ¶ Comites, Barones & qui habent regalia, poſſunt pœnam pœcuniariam minuere, non pœnam infamiæ, vel aliam non pecuniariam. *Bart. in l. acta. 45. §. de amplianda ff. de re judic.* ¶ De pœnis & mulctia, & an judex poſſit minuere pœnam vel mulctam, etiam poſt ſententiam, *vide per Bart. in l. & ſi Senat 3. C. ex quibus cauſis infa. irroga.* ¶ Pœna poteſt minui & augeri ex cauſa, in omnibus criminibus etiam ordinariis & habentibus ordinariam pœnam. *Capic. deciſ. 124. num. 5. Hippol. ſingul. 182.* Sed ſine cauſa non poteſt. *Ludov. Roma. ſingul. 78.* Quod locum habet etiam in pœna impoſita per conſuetudinem. *Pet. de Raven. ſing. 496.* ¶ Pœnæ corporales & pecuniariæ minuuntur certo modo, excepto, in crimine læſæ Majeſtatis, *vide §. quia vero non oportet, auth. ut nulli judicum.* ¶ In pœnalibus cauſis benignios interpretandum eſt. *l. factum 198. §. fin. de reg. jur.* ¶ Pœnam remittere, mutare vel minuere, an Judex poſſit, *Peguera. c. 96.* ¶ Licet pœna legalis poſſit per Judicem ex caoſa minui vel mutari, tamen hæc facultaa ſolum procedit, quando Judex cognoſcit ex denunciatione vel inquiſitione, ſecus autem ſi procedat per accuſationem. *Hippol. ſing. 524.* ¶ An Judex ex cauſa poſſit pœnam ſtatutariam augere vel minuere, non obſtante juramento præſtito de ſervandis ſtatutis, *vide Guidonem Pap. quæſt. 206. & Marc. quæſt. 908.* ¶ Judex, cauſa cognita, poteſt alterare pœnam delicti. *l. 3. C. ex quibus cauſis infam. irrog.*

Quando committatur.

Pœna pacis ruptæ, an committatur ob falſum teſtimonium, *Jo. Pet. Surd. deciſ. 70.* ¶ De pœna pecuniaria commutanda in corporalem pœnam, *vide per Marc. q. 183.* ¶ Pœnam corporalem poteſt Curia ſuprema mutare in pecuniariam. *Guid. Pap. q. 579.* ¶ Pœna illius, cui eſt amputanda manus, ſi ex illa amputatione manus eſſet periculum, ne is moreretur, poteſt per Judicem commutari. *Joſ. Lud. deciſ. Luc. 15. n. 89.* ¶ Quando pœna ſanguinis in pecuniariam mutari poſſit, *vide in addit. ad Bart. in d. l. 45. §. de amplianda.* ¶ Senatus, an poſſit poſt latam ſententiam commutare pœnam pecuniariam in corporalem, ad inſtantiam Fiſci, *vide per illu D. P. Theſſ. deciſ. 232.* ¶ Pœnarum commutatio, aut fit ex voluntate, & tunc non poteſt fieri de corporali in pecuniariam, niſi per Principem, aut neceſſitate, veluti quando minorari pœna poteſt ex aliqua juſta cauſa, & commutari de corporali in pecuniariam, & tunc commutatio poteſt fieri per Judicem. *Capic. deciſ. 27. n. 14. Afflict. deciſ. 287.* Datur exemplum quando in delictis capitalibus ſunt dubia: *Boer. deciſ. 83. Gram. deciſ. 42. & vot. 10. num. 39. & Vinc. de Fran. deciſ. 272. par. 2.*

Cap. VIII. Quando remittatur, vel non.

Mulcta per judicem ob paupertatem remiſſa, non poteſt ampliua exigi, etiam ſi reus ad pinguiorem fortunam pervenerit. *Boer. deciſ. 349. num. 4.* ¶ Ob paupertatem remittitur mulcta per judicem impoſita, ſecus in pœna, quæ non poteſt remitti. *Boer. deciſion. 349.* Quod intelligendũ eſt de mulcta Fiſco applicanda, non de mulcta parti adjudicata pro ſuo intereſſe, *Boer. ibid. vide ſupra titul. de intereſſe, quod debetur parti læſa.* ¶ Mulcta contumacialis quandoque propter paupertatem remittitur. *Marc. d. q. 206. vide Rebuff. in conſtitut. Reg. tract. de appellatio. art. 11. Tom. 31. fol 919. & l. illicitas 7. § fi. ff. de offic. Præſi.* ¶ Ordinarius, qui ſcit non ut Judex, vel homo, ſed ut Deus, ſubditum eſſe criminis reum, indeterminate poterit (ſed non nominatim) eum arguere, & punire. *c. 2. ex. de offic Judi. ordin.*

Cap. IX. Judex, qua facere poſſit.

Si ſtatutum imponat pœnam delinqoenti, nempe quod ille ſolvat centum, aut amittat manum, Judex ſemper debet eligere pœnam pecuniariam. *Pet. de Raven. ſing. 497.* ¶ Judex pœnam imponere parti de veritate dicenda, & illam exigere poteſt. *Ozaſ. deciſ. 66. n. 6.* ¶ Negationis pœnam evitat, qui nondum convictus, ſe ipſum corrigit. *l. nullum. C. de teſtib. num. fin.* ¶ In pœnis alternativia impoſitis, cujus ſit electio, nempe Judicis, vel rei, *vide Clar. §. fi. q. 85. ver. ſolet etiam Menoch. de Arbit. lib. 1. q. 85. 87. & 9. Bartol. in l. 4. C. de ſervis fugiti.* Quod tunc electio ſpectet ad Jodicem, *ſcribit Dec. conſ. 400.* ¶ Judea graviorem pœnam, quam lex faciat, eligere non debet. *Menoch. de Arb. lib. 1. q. 86.* Nec poteſt dare electionem pœnæ morituro. *Rom. ſing. 26.*

Cap. X. Pœna, quando exigi poſſit.

Quando officialis uno contextu multiplicat impoſitionem mulctæ non omnes exigi poſſunt, ſed una tantum ſcilicet major, per quam videtur Officialis à minori recedere. *Jaff. Lanf. Balb. deciſ. 214.* ¶ Pœna impoſita inquiſito de reſpondendo interrogatoriis per Fiſcum proponendia, prout verum eſſe ſciverit, exigi jure poteſt, ſi inquiſitus dejeraverit, præcedente tamen mitigatione, *vide Ozaſ. deciſ. 66.*

Cap. XI. Miſcellanea.

In pœnis legalibus habet locum pœnitentia uſque ad ſententiam. *Bartol. in l. in criminali 5. C. de juriſdict. omn. Judic.* Alias in delictis non eſt locus pœnitentiæ. *idem in authen. novo jure. C. de pœna Judicii.* ¶ Qui tenetur ex delicto actione originaliter pœnali, non liberatur pœnitentia. *l. qui ea 67. ff. de furtis.* ¶ Per gratiam non intelligitur in dubio præjudicatum Domino madisto, reſpectu pœnæ pecuniariæ incurſæ, & ipſi Domino competentis, *vide ſup. tit. de reſtitutio. ob delict.* ¶ Quando agatur contra dominum animalis dantis damna, *vide in titul. Inſtitut. ſi quadrupes*

pauperiem

pauperiem fec. dicat. ¶ Prohibitus vendere frumentum, non poterit vendere farinam. *Mann. in suo spec. de ordine judi. part. 2. num. 20. fol. 9.* ¶ In hac Patria pedemon. in causis criminalibus, non possunt fieri compositiones ante sententiam sub pœna, de qua in decreto criminali, *tit. che non si facino compositioni.* ¶ Blasphemia multis modis sumitur, & habetur, & dicitur omne maledictum de Deo, & Sanctis. *Gmm. dict. decis. 50. vide Boer. d. 301.* Ubi de pœna blasphemiæ, *de qua vide etiam per Marc. q. 308. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 375. & Clar. in §. blasphemia. fol. 7.* ¶ Opifices alicujus artia probibentur facere inter se monopolia, seu conventiculas de imponendo super rebus caristiam sub pœna, *de qua in decreto antiq. Sabaudia tit. de artibus, & artifitu mechanicis lib. 3. vide infra lib. 2. tit. de monopol.* ¶ Conventicula illicita sunt prohibita, & domus, in qua celebrantur, est publicanda. *leg. conventicula. C. de Episcop. & Cleri.* ¶ Solvens pro suo maleficio, vel pro sua culpa, non repetit ab alio. *l. si communis 9. ff. de noxal. actio.* ¶ Officialis ex causa potest facere statuta contra jus commune ratione frequentiæ delictorum, *Gmm. d. decis. 36. num. 7.* ¶ Si Notarius exigat plus de scripturis suis potentia sui officii, quam debeat, tenetur pœna concussionis. *Guid. Pap. sing. 487.* ¶ Nunquam actiones pœnales de eadem pecunia concurrentes, alia aliam consumit. *l. pen. ff. de actio. & oblig. Reg. 173. & glos. in §. fin. Instit. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.* ¶ Ubi homini nocitum fuerit, licet ille non sit occisus, debet per Judicem impensa Medicorum, ac medicinarum, & merces operarum, quibus caruitis, cui nocitum fuerit, fieri refici. *§. ob hominem, Instit. de oblig. quæ ex quasi delic. nascun.* ¶ In omni pœna sanguinis potest transigi, vel pacisci, excepta pœna adulterii. *l. transigere. C. de transact.* ¶ Pace facta de occisione, vel vulnere, non tollitur accusatio, quæ competit ad vindictam. *Bartol. in l. 1. §. si ea. ff. de vent. in possessio. mitten.* ¶ Quando omittitur possessio rei, & vectigal non solvitur, ipsa res cadit in commissum ipso jure. *Bart. in l. 14. ff. de publica. & vectig. vide infra lib. 2. tit. de publica. & vectig.* ¶ His datur mulctæ dicendæ jus, quibus publice judicium est, & non aliis, nisi hoc specialiter eis permissum sit. *l. 2. §. fin. ff. de judic.* ¶ De cultu diei Dominicæ, & Festorum, & de pœna operantium in illis, *vide in decreto antiq. Sabaudia, tit. de observantia Divin. precept. lib. 1.* ¶ Quomodo se gerere debeant apothecarii, & qualiter vendere debeant toxicum, ut evitent pœnas contra ipsos impositas, *vide Sol. decreto antiq. tit. de apothecariis lib 3.* ¶ Mors civilis proprie non æquiparatur naturali. *Papon. lib. 24. tit. 19. arrest. 1. & 2.* ¶ Quicquid adversus Divinum jus fit, humanæ etiam legis permissu, delictum est. *Pet. Roy. decis. 3. Lituanum 445. in decis. divers. Tom. 2.* ¶ Contravenisse pœnæ à jure inductæ, quia non dicitur, nisi adsit dolus *Vera. decis. 233. part. 1. num. 8.* ¶ Mulctæ sunt commoda jurisdictionis. *Gasp. Cabal. milleloq. 576.* ¶ Contumax in non respondendo non potest (facta declaratione pœnæ) moram purgare. *Rot. Avenio. decis. 115. in decis. divers. Tom. 3.* ¶ Alienatione prohibita, favore probibiti, non includit alienationem propter delictum. *Cabal. milleloq. 54.* ¶ Gravius est delictum facientis, quam omittentis. *Cravet. consil. 300. numer. 3.* ¶ Pœna statuaria an tollat pœnam juris communia, etiam majorem, *vide Marc. q. 907. Jas. de actio. §. omnes autem, vers. quadrupli, num. 39. & Clar. §. fin. q. 85.* Pro affirmativa, *scribunt Joseph. Ludo. decis Luc. 61. num. 16. & Natt. cons. 44.* ¶ Pœna statuti in dubio Fisco applicata censetur. *Sola. super ultima par. decreti, quitationem. tit. de minorib. fol. 106.* ¶ Si parte permittente, pro emenda sibi adjudicata condemnatus fuerit in corpore, ille non tenetur postea solvere emendam, licet venerit ad meliorem fortunam. *Boer. d. decis. 349. Roma. singul. 24. & Aluis. de Alber singul. 20.* ¶ Injusta misericordia est, parcere delinquenti, pro pœna debita. *Gmm. decis. 94. num. fin.* ¶ Locus, ubi quis vulneratur, vel ubi mortuus est ex vulnere, an debeat attendi quoad solvendam pœnam Fisco, *vide Barth. de Capu. sing. 26.* ¶ Pœna damnationis in metallum, non est hodie in consuetudine, sed ejus loco succedit damnatio ad triremem, *Capic. decis. 153. n 3.* Imo est correcta, & nemo bene natus efficitur servus. *Gmm. decis. 32. n. 5.*

TITULUS CCCV.

De delictis in genere.

Generalia.

De crimine hæresis, *vide per Clar. in sua Pract. §. heresis, & supra tit. de crimine haresis. vide de materia delictorum in tit. ff. de jure Fisci, & supra eod. de jure fisci.* ¶ De delictis militum commissis in malitia, vel circa illam, *vide per tot. tit. ff. de re milit. & infra lib. 2. eod. de re milit.* ¶ De obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur, *vide in tit. ff. de his, qui dejec. vel effunde.* ¶ Multa de criminibus capitalibus, & quando super illis liceat transigere, *vide per Bart. in l. transigere. C. de transact.* ¶ De delicto commisso per universitatem, etiam per ratihabitionem, *vide per eundem Ozas. decis. 138. & infra lib. 2. tit. quod cujusque univer. nomi. aga.*

Cap. I. Delictum quod dicatur, vel non.

Privata delicta, quæ dicantur, *vide Clar. in sua Pract. crim. §. fin. q. 1.* ¶ Quæ dicantur causæ criminales, *vide ibid. d. q. 1.* ¶ Injuria atrox dicitur, si quid injuriosum fiat coram persona jurisdictionem habente, secus si fiat coram simplici persona in dignitate constituta. *Put. decis. 303. lib. 1.* ¶ Delicta, quando dicantur præambula unum, ad aliud & percutiens aliquem, quando teneatur de pluribus percussionibus, *vide Joseph. Ludov. decis. 61.* ¶ Judiciorum aliud est capitale, aliud non capitale, quod autem dicatur capitale, & quod non, *vide Marant. in suo spec. de ordine judic. distinct. 2. & Menoch. de Arbit. cas. 265.* ¶ Delictum grave, quod dicatur, *vide eundem Menoch. de Arbit. cas. 266.* ¶ Delictum persistentiæ, purgatur per desistentiam, & non dicitur perfectum, nisi perseverantiā. *Lalsa 8. C. de his, quibus ut indig. hared. aufer.* ¶ Enormia sunt talis naturæ, & importantiæ, ut alterent dispositionem statutorum, & juris Civilis, ideo scias quod ubi tractatur de probando enormi crimine, recipiuntur testes ante litis contestationem, & parte non citata, & tunc jura possunt transgredi. *Hippol. sing. 601.* ¶ Crimen capitale triplex est, & addunt Scribentes quartum, & quintum, sed pone, statuto, vel lege disponente eum, qui patiaverit aliquod delictum capitali crimine plectendum esse, de quo in dubio intelligendum sit, *vide Jo. Ant. Trig. sing. 16.* ¶ Solius animi dispositio ad delictum, illud non perficit, verum incidiæ habentur pro delicto, *c. si voluerit, tit. de Capit. qui curi vend. in usibus feudo.*

Vel non.

Paria delicta mutua compensatione tolluntur, *l. 7. §. bellissime ff. quod vi, aut clam, in additio.* ¶ Causa dicitur civilis, licet ex crimine descendat, quando mulcta applicatur parti; secus si Fisco *Boer. decis. 349.*

Cap. II. Quale sit.

Delictum coram multitudine commissum, dicitur notorium, *vide Mobed. decisio. 164.* ¶ In delictis ignorantia juria Civilis quandoque toleratur, secus ignorantia juris naturalis, vel quasi. *Azo in summa tit. C. de penis, vide l. 2. C. de in jus vocando.* ¶ Intellectua *c. 1. de homicid.*

homicid. lib. 6. est, ut illud intelligatur procedere in mandante, vel recipiente, seu faciente, *Capic. decis. 115. n. 14.* ¶ Lex pœnalis loquens in casu vero, extenditur ad casum fictum, etiam respectu ejusdem personæ, quando minor est ratio in casu ficto, quam in vero. *Ozas. decis. 77. num. 5.* ¶ Lata culpa in criminalibus dolo non æquiparatur, fallit quoad pœnam pecuniariam. *Ozas. decis. 104. n. 2. & 5.*

Cap. III. Quando præsumatur.

Delictum familiæ in dubio de consensu domini factum esse præsumitur, maxime si domini factum concernat. *Fran. Marc. q. 259. num. 3. part. 2.* ¶ Occidendi animus præsumitur, si quis insurgeret, cum cultello contra aliquem. *Bart. cons. 15. vol. 2.* ¶ Inter offendentem, & offensum præsumitur animi indignatio, & est præsumptio naturæ vulneratæ propter offensam, *gl. in c. 1. in verbo, ad tit. de pac. constan. in usib. feudo.* ¶ Inimicus præsumitur damnum inimico intulisse, ubi ignoratur, à quo illatum sit. *Ozas. decis. 88. num. 21. vide Marc. q. 766. par. 2.* ¶ Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali. *Ozas. d. decis. 88. nu. 27.* Ubi plura circa regulam. Delicti conscius quis esse, temporis brevitate præsumitur. *idem Marc. q. 250. par. 2.* ¶ Præsumitur quem mandasse delictum committi, concurrentibus attestatione principalis delinquentis, receptione ipsius in domo, & inimicitia inter vulneratum, & mandantem. *Gram. vot. 15.* ¶ An præsumatur delictum, vel censeatur ratificatum, si res, in qua delictum fuit commissum, pervenerit ad aliquem, *vide Crav. cons. 261.*

Cap. IV. Quando probetur, vel non.

Delictum si in conspectu Judicis pro tribunali sedentis committatur, alia probatio non requiritur, quia de illo constat illi ut Judici. *Ant. Corset. in suis singul. litera D. sing. Delictum.* ¶ Maleficium quando possit probari per instrumenta, *vide Bart. in l. fi. C. de probatio. & eundem in l. 15. ff. ad Senatusconsult. Turpil.* ¶ Probationes factæ in civili, probant in criminali. *Bart. in l. tertia. §. fi. quis dolo ff. de tabul.* ¶ Delictum probatur per privatam scripturam alicujus sed quando, *vide Bart. in leg. 3. §. tacite. ff. de jure Fisci.* ¶ In delictis negativis intentio Judicis videtur fundata nisi per accusatum, vel inquisitum probetur esse factum. *Bart. in l. 2. §. si ad diem. ff. de re milit.* ¶ Indicia plura vehementissima, an habeant vim probationis ad condemnandum, *vide Boer. decis. 164.* ¶ In criminalibus occultis, quæ ut plurimum per unum solum committuntur, lex contentatur, facilioribus probationibus; imo hoc casu præsumptiones habentur loco probationum. *Gram. vot. 3.* ¶ In delicto commisso de nocte, sufficiunt leviores probationes; imo conjecturæ, quia quæ de nocte fiunt, dicuntur occulte fieri, & secrete, *idem Gram. vot. 21.* ¶ Duæ semiplenæ probationes, an jungantur in criminibus, & an fama, & unus testis de visu plene probent. *vide Capic. decis. 126. & Magon. decis. 57. Luc.*

Cap. V. Quando committatur.

Delictum an committat, qui dicit Principem errasse, *vide Natt. cons. 592.* ¶ Maleficium quod committitur in faciendo, statim censetur commissum, transacto tempore, intra quod quis facere potuerat. *Bart. in l. 1. C. de his, quib. ut indig. hered. aufer.* ¶ Delictum est majus in committendo, quam in omittendo. *Bart. in l. 3. §. si filius fa. lo. 2. ff. de pecu.* ¶ Officialis alicujus Judicis, si condemnetur ab illo de delicto commisso in officio, non poterit appellare. *l. tertia C. quorum appel. non recipiu.* ¶ Socius criminis quis non dicitur, nisi probetur, quod quis fuerit in tractatu committendi maleficium. *Vera. decis. 277. seu 14. part. 3. num. 5.* ¶ Festivitas diei non facit delictum eo die commissum esse atrocius. *Put. decis. 291. lib. 1.* Secus quando delictum committitur coram multitudine, quia tunc ex levi efficitur atrocius. *idem Put. decision. 295.* ¶ Delictum cadit statim post infantiam. *Afflict. decis. 41.* ¶ Quibus modis, & causis fraus committi possit, quomodo, & quando puniatur, *vide Marant. ibid. distinct. 9. num. 29. fol. 197.* ¶ Obtinentes dignitatem illustrem ex administratione præcedenti, in causis criminalibus arduis solum coram Principe, vel alio, ab illo deputato, possunt conveniri, sed ab eo deputato non possunt condemnari, Principe insulto, licet possint absolvi. *l. fin. C. ubi Senato.*

Cap. VI. Quando agi possit.

Agi potest ex delicto civiliter, & criminaliter, scilicet ad interesse, & ad pœnam. *Maran. in suo Spec. de ordin. jud. part. 4. dist. 1. num. 4.* Civiliter autem agitur pro pœna applicanda parti, criminaliter vero pro pœna applicanda Fisco. *Bart. in l. 9. §. quod illicite. ff. de public. & vectig.* ¶ Actio civilis ubi non oritur, neque etiam actio criminalis. *Maran. ibid. num. 5.* ¶ Agi an possit ex eodem delicto criminaliter, ex quo prius actum fuit civiliter, *vide Maran. ibid. num. nono.* ¶ Si per Judicem fuerit processum contra aliquem, qui alium vulneraverat, & ille fuerit punitus, hoc non obstant, poterit adhuc vulneratus pro injuria, & suo interesse agere. *Boer. decis. 289. num. fin. vide supra tit. interesse, quod debetur parti offensa.* ¶ Quando ex uno delicto plures actiones descendunt, omnibus agi potest, quod est intelligendum in eo, quod plus est in una, quam in alia. *l. cum ex 31. ff. de actio. & oblig.* ¶ Ubi concurrunt plura delicta, ibi dantur plures actiones. *l. si servus 27. ff. ad leg. Aquil. vide l. 25. ff. de actio. & obligatio.*

Cap. VII. Quando inquisitio fieri possit, vel non.

Facilius fit inquisitio contra Universitatem, quam contra singulos: quia delictum magnæ Universitatis non potest esse nisi notorium, & famosum, *glos. in c. in causis. §. Vasalli, tit. de pac. constant. in usib. feud.* ¶ Absolutio de crimine illato per conclusionem, non impedit novam inquisitionem. *c. fin. ex. de collusio. detege.* ¶ Inquiri non potest pro delictis extra territorium commissis. *D. Sol. in constit. antiq. Sabaudia gl. super 1. part. decreti, ne malefic. tit. de accusatio. fol. 163.* Tamen delicta alibi commissa aggravant delictum in territorio commissum. *Cassan. in consuetu. Burg. tit. des Justices. Rub. 1. gloss. 4. num. 16. & supra titul. prox.*

Cap. VIII. Qua fieri possint in delictis.

In Fisci causis pacta cum delatoribus, pro confessis habentur, si modo pretium (etiam modicum) dederint. *l. in Fisci 4. ff. de jure Fisci.* ¶ In criminalibus (licet non adsit statutum) proceditur de similib. ad similia. *Bart. cons. 106. vol. 1.* ¶ De inquisitione, qui potest fieri contra molendinarios, *vide Marc. q. 795. par. 2.* ¶ Supervenientibus novis indiciis, de delicto ejusdem hominis sæpius quæri, & tractari potest. *Marc. de Mant. sing. 239.* ¶ In delictis meo nomine factis, possum ratum habere, *glos. in l. hoc jure 195. ff. de reg. jur.* ¶ Quæstio civilis criminis exclusiva, prius determinatur, quam de crimine cognoscatur, *l. 8. eod. tit. vide supra tit. de ordin. judic.* ¶ In delictis licet allegare ignorantiam ad commodum ignorantis, non ad incommodum, *l. inter 47 §. recte ff. de furtis.* ¶ Quot testes requirantur ad convincendum quem esse hæreticum. *vide Boer. decis. 342.* ¶ Ille, qui immediate percutit percussorem suum, videtur facere ad defensam. *d. l. 53. §. tabernarius ff. ad leg. Aquil.*

Vel

Vel non.

Non licet uti arte magica, & similibus. *Bart. in l. C. de thesauris lib. 10.* ¶ In causa criminali non habet locum ills exceptio, quis partes dicta testium didicerint, *cap. cum in tua 44. extr. de testib.* ¶ In Baptismate, & desponsationibus prohibentur fieri truffæ: habemus in hac Patria decretum, de quo *in constitutio antiq. Sabandia tit. ne in baptismate lib. 1.* ¶ In criminalibus non licet facere compositiones. *Pap. lib. 22. tit. 11. vide supra tit. prox.* ¶ Absentia non admittitur, quando delinquens fuit visus in die delicti vel per diem ante in loco delicti: fallit, si ex longo intervallo fuisset citatus. *Vincen. de Franc. decis. 327. part. 2.*

Cap. IX. Qui puniri possit.

Quando delinquentes non puniuntur, publica lætitia turbatur, & ira Dei in nos provocatur, à quo per delictorum punitionem venia speratur, ac Populi incolumitas provocatur. *Gram. decis. 39.* ¶ Euntes per viam non rectam, si non permittant se exscrutari, capi possunt, & retineri per custodes. *Bart. in l. evictiones 3. C. de cursu. public. lib. 12.* ¶ Auxiliator, vel assistens maleficio, an puniatur eadem pœna, *vide Cla. in sua Pract. §. fin. quæst. 90.* ¶ Quando adsunt plura delicta, an quis puniatur pro uno, vel omnibus, *vide Bart. in l. inficiendo 69. §. infans. ff. de furtis, & sup. tit. prox.* ¶ Ordinatio ad delinquendum non puniri, nisi processum fuerit ad aliquem actum ordinatum de præsenti ad ipsum factum, & pariter, ubi quis fuisset impeditus exequi impedimento facti. *Gram. decis. 74. num. fin.* ¶ Quando Universitas possit delinquere, & puniri, *vide Bart. in l. aut. 16. §. nunquam. ff. de pœnis.* ¶ Attentatum pro consummato non habeatur, & quo casu, ut consummatum puniatur, *vide Afflict. decis. 276.* Et quid de conatu, *vide Capic. decis. 126. Gram. decis. 2. & supra tit. prox.* ¶ Assassini, qui pervenerunt ad conatum, licet assassinamentum ad effectum non perduxerint, puniuntur, sicut pro effectu. *Ant. Colomb sing. 4. vide supra tit. prox.*

Cap. X. Qui condemnari possit, vel non.

Ex præsumptione violentiæ quis potest condemnari, mitiori tamen pœna. *Gram. decis. 42. vide Aegid. Bellam. conclus. 688. Bart. in l. 2. §. at as ff. de excusatio. tuto. & supra tit. de præsumptio.* ¶ Licet quis non fuerit confessus crimen, tamen si fuerit superatus testibus, poterit condemnari absque alia quæstione, licet possit appellare. *Boer. decis. 163. num. 16. & l. 2. C. quorum appellatio non recip.* ¶ Quis potest condemnari de principali delicto probato, etiam non probata qualitate proposita in accusatione. *Mago. decis. 43. num. 21. Luc. vide Bart. in l. quid 13. §. pœna, num. 15. ff. de his qui notam. infa. & in l. 17. §. quid leg. Jul. de adult.* ¶ Qualiter hæreticus possit condemnari, & qui debeant citari in causa, an etiam filii ipsius, *vide Aegid. Bellam. conclusio. 677. & 688. supra tit. prox.* ¶ Testis ex confessione, quam in testificando facit, condemnari non potest. *Fran. Marc. quæst. 439. part. 2.* ¶ In Regno Franciæ, non verificato delicto, remanet accusatio in suspensu, quia non fertur sententia absolutoria. *Papon. lib. 24. tit. 9. arrest. 3.*

Cap. XI. Qui teneatur de delicto, vel non.

Dominum teneri pro facto servi. Magistratum pro ejus familia, & publicanos pro eorum servis, scribit *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 345.* Sed quando, *vide Augnst. Boer. q. 39.* ¶ Dominus si teneatur pro delicto commisso à famulo, non tenetur pro delicto commisso, antequam esset famulus; secus si statutum dicat, pro delicto famuli simpliciter. *Bartol. in l. Titius 26 ff. de milit. testam.* ¶ Dominus tenetur pro delicto famuli delinquentis circa id, ad quod præponitur; alias non. *Bart. in l. 1. §. familia. ff. de publica. & vectig. & in l. ne quid 7. ff. de incendio, ruina, naufragio.* Idem in famulis Rectorum Civitatum, sed qualiter probetur quem esse famulum, *vide Bart. in d. l. 1. §. familia.* ¶ An quis teneatur revelare, atque ita detegere verba sibi secreto dicta, & manifestare illa proferentem, *vide Menoch. cons. 107. num. 48. lib. 2.* ¶ Qui mutuo delinquentibus pecuniam concedit, aut alimenta præbet, de auxilio tenetur. *Marc. q. 412. num. 5. & 9. p. 2.* Sed quid de literarum latore, *vide ibid. num. 6.* ¶ Sciens delictum committendum, & non revelans, an teneatur, & quid in crimine læsæ Majestatis, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 87.* Et quid propter ratificationem, *ibid.* Videns aliquem delinquere, si non prohibet (cum prohibere possit) an teneatur, *vide Bart. in §. si igitur, Auth. ut judices sine quoquo suffragio.* ¶ Quando factum excedit voluntatem, tenetur quis de toto facto, non inspecto proposito voluntatis. *d. l. 27. §. si quis ff. ad l. Aquil.* ¶ Duo requiruntur ad hoc, ut quis de maleficio teneatur propter ratihabitionem, de quibus vide per Bar. *ibid. in d. §. sed, & si l. 1. ff. de vi, & vi armat.* ¶ An universitas teneatur pro delicto commisso in ejus territorio, *vide Gram. decis. 47.* Et quid in Domino, *vide Bart. in l. ne quid 7. ff. de incendio.* ¶ Syndici terrarum an teneantur judicare & capere malefactorem, *vide Franc. Marc. q. 765. par. 2.* ¶ Domini terrarum ad custodiam sui territorii eatenus tenentur, ut si rapina in eorum ditione contingat, ipsi ad damnum sint obnoxii. *Mynsing. observ. 70. cent. 5.* Sed tunc deprædatus quomodo damnum rapinæ probare possit, *vide eundem observ. 71. cent. 5. & Crav. cons. 196. num. fin.* ¶ Auxiliantes in delicto ut dici possint, requiritur, quod ad delictum committendum fuerint deliberare coadunati, & præcesserit ordinatio de committendo, alias unus non tenetur pro delicto alterius. *Gram. decis. 25. n. fin. vide supra tit. prox.* ¶ Dominus tenetur de facto famuli, si famulus, domino sciente, maleficium perpetraverit, quia dominus debet eligere honestas personas. *Capel. Thol. q. 196.* ¶ Quando dominus teneatur pro delicto famuli, *vide Marc. q. 413. & 503.* ¶ Officialis etiam tenetur ex facto suorum Officialium, liberatur tamen tradendo malefactores. *Capel. Thol. d. q. 196. in additio. vide Bart. in l. 1. C. de executo. & exactio. lib. 12.* ¶ Operarii quando teneantur, si aliquid fecerint prohibitum de mandato conducentis, *vide Joseph. Lud. decis. Perus. 103.* Et quando non. *Fel. cons. 24.* ¶ Dans, vel commodans arma, an teneatur, si ille, cui arma dedit, aliquem lædat, *vide Boer. decis. 167. & Joseph. Lud. decis. Perus. 31.* ¶ Suadens, præsens, & hortans dicitur opem ferre maleficio; sed dans consilium alicui alias facturo homicidium, quomodo teneatur, *vide Boer. d. decis. 167. & supra tit. prox.* ¶ Quando quis dicatur auxilium præstare maleficio ante, vel in illo, aut post, *vide Nat. cons. 458.* An ex solo consensu cum præsentia ejusdem criminis quis obligetur, *vide per Crav. cons. 224. num. 4.* ¶ Qui promittit se facturum, quod Judex feret sententiam contra aliquem, tenetur, sicut qui dat pecuniam pro sententia obtinenda. *l. qui 10. C. de accus.* ¶ Intentans actionem descendentem ex delicto, tenetur declarare diem, & locum. *Bart. in l. & an 14. §. actiones. n. 9. ff. de exceptio. rei jud.*

Vel non.

Defendere quis alium non tenetur de jure Civili, nisi in certis casibus. *Boer. decis. 83. num. 6.* ¶ An uno ex pluribus delinquentibus convento, cæteri liberentur, *vide Bart. in l. semper 15. §. si in sepulcro ff. quod vi, aut clam.* ¶ Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, quando prohibere non potest. *l. nullum 110. ff. de reg. jur.*

Cap.

Cap. XII. Qui effectus producantur in delictis.

Frequentia criminis gravat delictum, *vide in additio. ad Bart. in l. nemo 2. C. de Epis. audiend.* ¶ Reatus excludit omnem honorem. *Bartol. in l. 1. C. ubi Senatores.* ¶ Qualitas, quæ non fuit tempore maleficii, non debet aggravare maleficium. *l. 4. §. si damnum ff. de noxal. actio.* ¶ Coacta voluntas in maleficiis non excusat à pœna. *Abb. cons. 4. part. 1.* ¶ Imperitia Medici, vel negligentia infirmi, non imputatur percusiori, nec auget delictum, *l. si ex 53. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Beneficium unius non extenuat maleficium alterius, *l. si ex 17. ff. de noxal. action.* ¶ Delinquens in parte, in totum reus est, *l. 3. §. si quis tabulas ff. ad Senatusconsul. Syllan.* ¶ Delictum unius ex hæredibus, non nocet aliis. *l. fin. eod. tit.* Nam hæres delinquens tenetur; non autem cohæres, *l. si hæredis 50. §. fin. de leg. 1.* ¶ Accusato de crimine non videtur interdicta administratio bonorum suorum, *l. reo 41. ff. de sol. & liber. & l. aufertur 4. §. in reatu ff. de jure Fisci.* ¶ Ubicunque est violentia, ibidem est dolus, sed non contra, *l. Prætor §. doli ff. vi bonor. rapt.* ¶ Ubi est connexitas respectu ejusdem delicti, sententia contra unum lata, non præjudicat alteri, *l. denunciasse 17. §. quæritur ff. ad leg. Jul. de adult.* ¶ Culpa præcedens casum punitur. *Ozas. decis. 104. n. 5.* ¶ Commodum ex suo delicto consequi nemo debet. *Ozas. d. decision. 105. num. 12.* ¶ Superioris præceptum in delictis (præsertim atrocibus) non excusat; sed in illis tam mandans, quam mandatarius tenetur. *Marc. quæst. 154. num. 27. part. 2.*

Cap. XIII. Qui sint effectus prohibitionis.

Prohibita venditione frumenti censetur prohibita venditio farinæ. *Boer. decision. 177.* ¶ Homines prohibiti vendere, & extrahere lignum extra territorium non possunt vendere naves, & galeas. *Boer. d. decis. 177.* ¶ Vinum ad vendendum portare prohibitus non potest, nec causa gustandi vasculum portare, & si portaverit, incidit in pœnam. *Boer. d. decis. 177. num. 9.* ¶ An licitum sit mercatoribus ad inimicos & barbaros merces transducere, & quando aliquid prohibetur deferre ad unum locum, quid juris, *vide Boer. decision. 178.* ¶ Submissio bonæ gratiæ Judicis, quid operetur, & an eum, qui se submisit, possit pœnitere, & quid, si ex ea reus læditur, quæ submissio bonæ gratiæ tacitam conditionem habere censetur, si fiat gratia, alioqui reus pristino statui erit restituendus. *idem D. Sol. ibid. gloss. 4. super 2. part. decreti, ne maleficia fol. 166.*

Cap. XIV. Quando stetur juramento.

Saltuarii, vel alterius denunciatoris publicum officium habentis accusationi statur, si ille juraverit suum officium bene, & legaliter exercere, quod intelligas, *ut tradit Natt. cons. 550.* ¶ Juramento damnum passi creditur, habentis in manu animalia damnum dantia. *Capic. decision. 45.* ¶ Officiali soli creditur invenienti animalia damnum dantia. *Capic. d. decision. 45.* ¶ Quando ex forma statuti standum est juramento alicujus super damno dato, quid juris, *vide Crav. d. cons. 196.*

Cap. XV. Quæ prosint in delictis, vel non.

Falsa confessio procuratoris super crimine, non afficit dominum, *l. proinde 25. §. si Procurator. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Confessio spontanea sola est valida, ad condemnandum in criminalibus. *Gram. decision. 34. num. 58. & Bartol. in l. amica. C. de confessis.* ¶ Proclama publicum inducit præsumptionem scientiæ. *Gram. decis. 36. num. 17.* ¶ Bannum, ut liget, debet promulgari in locis solitis, & consuetis. *Gram. dec. 47. n. fin.* ¶ Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest, *l. non fraudantur 177. §. fin. ff. de regul. jur.* ¶ Quando par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur Possessoris causa, *regul. 197. eod.* ¶ Pœnitentia in delictis, quando profit, *vide Capic. d. decision. 155. num. 10.* ¶ Ratihabitio in delictis operatur mandatum. *Bartol. in l. si quis 25. §. pater ff. de acquir. hæred.* Et ipsi mandato æquiparatur, *l. 1. §. sed & ff. de vi, & vi armat. vide tamen eundem Bartol. in d. l. 1. §. sed & si.*

Vel non.

Dolus alterius quando est causa immediata acquisitionis meæ, talis dolus mihi nocet, *Bart. in l. virum 3. ff. si quis aliquem test. prohib. n. 7.* ¶ Confessio in criminalibus facta absque formidine tormentorum, statim præjudicat, *Guid. Pap. qu. 319.* Si fuerit facta in judicio; secus si extra. *vide Bartol. in l. quoniam 3. ff. de his, qui notan. infam.* Tamen delatus ex confessione facta coram Judice remittente, non potest puniri per Judicem, cui remittitur, non facto novo processu. *Guid. Pap. q. 419.*

Cap. XVI. Damnum, Qui dedisse dicatur.

Occasionem damni præbens damnum dedisse videtur. *Ozas. in sua disput.* An Principi Christiano fas sit, *num. 10.* ¶ De rescripti Ducalis validitate, quo decretum erat, quod damna data cuidam Abbatiæ, censerentur illata, & imputarentur Universitati propinquæ, & plura circa statutum disponens damna data in finibus alicujus municipii esse resarcienda per homines ejusdem loci, *vide per Ozas. dec. 88.*

Cap. XVII. De armis.

Forensis, qui portat arma, vel extrahit blada extra territorium, in quo erat statutum prohibitivum, non excusatur. *Bartol. in l. Cæsar 16. §. licet quis ff. de publ. & vectigal.* ¶ Armorum delatio quo jure sit prohibita tam in Civitatibus, quam extra, & quando non sit prohibita, & quid, si quis ignorans accommodaverit arma, quæ propter prohibitionem confiscata fuerunt, *vide Joseph. Lud. decis. 31. Perus.* ¶ Usus armorum de jure communi est prohibitus: ideo Dominus loci prohibere potest illorum delationem. *Cravetta consil. 314.* ¶ Arma portans malum animum præsumitur habere, nisi illa ligata deferat: & arma vetita portans, ipsa amittere debet. *Jas. de action. in §. sequens, vers. ex maleficiis, num. 81.* ¶ Arma solum domi habere, vel portare, an vis dicatur committi, *vide ibidem.* ¶ Armorum vetitorum appellatione, quæ arma veniant, & an comprehendantur defensibilia, *vide Jas. ibidem n. 82.* ¶ Arma portandi licentiam habens, an apud Judicem deferre possit. *vide ibidem n. 87.*

Cap. XVIII. De judice.

Judex videns aliquos rixari, & non impediens, tenetur. *Boer. d. decis. 83. num. 11.* ¶ Judex in extraordinariis dicitur excedere, quando legitimum modum excedit. *Bartol. in l. si qua 244. num. fin. ff. de verbo. & rer. sign.* ¶ Judex corruptus pecunia magis delinquit, quam si ob odium, vel gratiam male judicasset. *Capic. d. cis. 155. vide de materia supra tit. de pœna Judicis.* ¶ Judicis arbitrio relinquitur, quando delictum dicatur per modicum tempus sequutum, post bonorum distractionem, *vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 361. n. 48* ¶ In criminalibus Judex quando est dubius, utile est inquisitum definitive non absolvere à crimine; sed à processu duntaxat. *Gram. vot. 31.* ¶ Judex quibus rationibus & causis moveri debeat ad componendum, *vide D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ gloss. 2. fol. 164.*

Cap. XIX. De statuto.

Statutum, quòd villa teneatur emendare damnum, rigorosum esse scribit *Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 345. n. 12.* Statutum jam conditum, & nondum publicatum, ligat contravenientes in fraudem statuti. *D. Sola in constit. antiq. Sabaudiæ gloss. 47. in proæmio.* ¶ Statutum, quod stetur juramento accusatoris, valet. *Bartol. consil. 89. volum. 2.*

Cap. XX. Miscellanea.

Participes ejusdem criminis, se invicem non accusant. *l. si filium. 37. C. de liber. caus. & l. repetita. ff. de fide instrument.* ¶ Capitales causæ periculosæ sunt ad consulendum. *Boer. decis. 168.* ¶ Omnis juris solemnitas est remissa in notorio crimine, *Gram. decision. 65. num. 8.* ¶ Processus in delictis propter absentes, differri non debet contra præsentes. *Marc. q. 774. p. 2.* ¶ Contumax in criminalibus non habetur pro confesso. *Ozasc. decision. 105. num. 6.* ¶ Ferè in omnibus pœnalibus judiciis ætati, & imprudentiæ succurritur. *l. 109. ff. de reg. jur.* ¶ Pupillum proximum pubertati capacem esse furandi, & injuriæ faciendæ constat, *per reg. pupillum. l. 109. ff. de reg. jur.* ¶ Sententia in criminali ab incompetenti Judice lata, non valet, & est ipso jure nulla. *l. non valet 4. C. ad leg. Flav. de plagia.* ¶ Salvæ guardiæ, ac securitatis validitas, & ejus vires in controversiam, & dubitationem revocari (citra sacrilegii crimen) non possunt. *Ozasc. decision. 88. num. 16.* ¶ Lege Cornelia de injuriis, permittitur actori jusjurandum deferre, ut reus juret injuriam se non fecisse. *l. lex 5. §. hac lege. ff. de injuriis.* ¶ Juramentum suppletium an, & quando in criminalibus deferatur actori, seu accusatori, *vide Boer. decis. 86.* Adversus delictum dolo commissum, minor non restituitur, nisi ut habeatur pro confesso; vel transactio, *l. si ex causa 10. §. nunc. ff. de minor. 25. ann.* Nam in delictis dolo commissis cessat in minoribus restitutio. *l. 38. eod.*

TITULUS CCCVI.

Ad legem Juliam Majestatis.

Generalia.

De detegente crimen læsæ Majestatis serò, *vide per Gom. Leo. decision. 60. in decis. diverso.* Majestatis crimen qualiter, & quot modis committatur, & puniatur, & alia de hoc crimine, *vide per Capit. decis. 130.* ¶ Vide de materia *per tot. tit. quomodo in læsa Majestat. crimin. proced. in usib. feud. Clar. in sua Pract. §. læsa Majestatis, Menoch. cons. 99. vol. 1. & de pœna. vide t. si quis cum militibus 6. quæst. 1.*

Cap. I. Crimen læsæ majestatis: Quod dicatur:

Crimen læsæ Majestatis Divinæ, & humanæ, à lege æquiparantur. *Ozasc. decis. 94. num. 29.* ¶ Proditionis reus, vel læsæ Majestatis, appellare potest. *Rot. Avenio. decis. 60. in decis. diverso.* ¶ Coadunatio personarum cum armis in urbe, crimen læsæ Majestatis dicitur. *Marc. quæst. 252. part. 2.*

Cap. II. Quando committatur, vel non.

An quando quis vulneraverit dominum directum suum dicatur pœna capitis, & confiscantur omnia bona quod officiat etiam filiabus suis. *Roland. cons. 15. tom. 4.* ¶ An quando quis fecit delictum contra senatorem, habeatur fecisse contra Principem, & crimen læsæ Majestatis eo, quod possint confiscari bona subjecta fideicommisso feudalia, & allodialia. *Roland. cons. 1. tom. 3.* ¶ Quando fuit occisus Officialis, vel assistens circa latus Principis, an dicatur commissum crimen læsæ Majestatis, *vide Roland. cons. 1. vol. 3. & Menoch. cons. 90. vol. 1.* ¶ Privata persona suscipiens in se Magistratum, committit crimen usurpatæ jurisdictionis. *c. decis. 130. num 21. & 28.* ¶ Reus læsæ Majestatis quibus argumentis convincatur, qualesque testes requirantur, & quis dicatur hoc crimen committere, *vide Dec. consil. 410.* ¶ Non dicitur commissum crimen læsæ Majestatis, licet proferantur verba injuriosa contra Principem, sed quæ præsumptiones possint adduci pro reo accusato de prolatione horum verborum contra Principem, & quæ exceptiones contra testes, *vide Cravet. cons. 6.*

Cap. III. Qui incidant in crimen læsæ Majestatis, vel non.

Machinans mortem alterius, quàm Imperatoris, an incidat in crimen læsæ Majestatis, *vide Guid. Pap. quæst. 344.* ¶ Relaxans à carcere delatum, vel compeditatum, incidit in crimen læsæ Majestatis. *Guid. Papon. 437.* ¶ Rebellio facta Vicario Imperatoris eadem est, ac si esset facta ipsi Imperatori, & tunc crimen læsæ Majestatis incurritur. *Franc. Marc. quæst. 617.* ¶ Crimen læsæ Majestatis incurritur per juramentum hosti præstitum per Feudatarium, qui propterea capitaliter punitur. *Gramm. decis. 105. num. 25.* ¶ Legens literas proditionis incidit in hoc crimen. *Barth. de Capu. singul 43.* ¶ Quando rebellis, vel insurgens contra Principem dicatur incidere in crimen læsæ Majestatis, *vide Gram. decis. 6.* ¶ Subditus non incurrit crimen læsæ Majestatis, si sit subditus tantum ratione feudi. *Rol. cons. 1. num. 28. vide Menoch. d. cons. 90.* ¶ Hoc crimen non cadit in non subditum, *Randen. ibid. num. 30. Rol. cons. 4. vol. 1. & cons. 1. vol. 3. vide Menoch. cons. 90. lib. 1.*

Cap. IV. Qui damnari possit, vel non.

Crimen læsæ Majestatis est publicum, & in duobus casibus morte non extinguitur, sed memoria defuncti damnatur, & hoc crimine tenetur, qui meditatur aliquid contra Imperatorem, Principem, & Remp. *§. publica, Instit. de publ. jud.* ¶ Memoria rebellis defuncti, quando debeat damnari, *vide Gram. d. decision. 6.* ¶ Memoria defuncti, damnari non potest, nisi quando crimen læsæ Majestatis est commissum adversus Principem, vel Rempubl. *Rol. cons. 1. n. 15. vol. 3. & Menoch. cons. 99. vol. 1.* ¶ Ratione qualitatis personæ aliquando convictus hoc crimine, non condemnatur ad mortem. *Papon. libr. 22. tit. 1. arrest. fin.* ¶ Clericus primæ tonsuræ non potest accusari hoc crimine coram Judice seculari. *Rol. cons. 4. vol. 1.*

Cap. V. Qui puniantur propter crimen læsæ Majestatis, vel non.

Quæ pœna sit contra alloquentes, seu maledicentes contra Principem, *vide ibidem num. 7. Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 377. & infra tit. prox.* ¶ Baro, qui aufugit à castris sui Domini, & vadit ad castra hostis, qualiter puniatur, & quibus possit uti defensionibus, *vide Gramm. vot. 10.* ¶ Tractatus proditionis faciendæ, punitur ultimo supplicio. *Rot. Aven. decis. 92. in decis. divers.* ¶ Conscius criminis læsæ Majestatis, illud detegere debet, & si non detegat, qua pœna puniatur, *vide Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 355.* ¶ Revelare conspirationem secreto factam contra Principem, vel Rempubl. quis tenetur ex sola scientia, licet criminis non sit particeps, & non revelando, quando puniatur crimine læsæ Majestatis, *vide Natt. consil. 619. & 668. Marc. de Mart. singul. 2.* Et contra, *vide Rol. cons. 88. vol. 2.* ¶ De crimine læsæ Majestatis, & de ea, quæ scivit tractatum proditionis factæ, quam non manifestaverat, an torturæ subjicienda sit, *vide per Ozasc. decis. 79 & Mynsing. observ. 40. cent. 5.* ¶ Subditus sciens aliquid fieri contra personam, vel statum sui Principis, non revelans, punitur pœna criminis læsæ majestatis, *idem Ozasc. dec. 80. vide tamen ibid. num. 12 & seqq.* ¶ Conatus solus, seu tractatus de occidendo potestatem, seu alium Officialem, punitur crimine læsæ Majestatis. *ibid. num. 47. vide tamen Guid. Pap. qu. 344.* ¶ De punitione delinquentium contra Dominos Parlamenti officium exercentes, *vide per Jo. Gal. qu. 287. in decis. diverso.* ¶ Criminis læsæ Majestatis punitio non retardatur, lege aliqua non obstante. *Capel. Tholos. quæstion. 177.* ¶ Filius infamis efficitur, & privatur honori-

honoribus, & officiis ex condemnatione partis propter crimen læsæ Majestatis temporalis; secus in Ecclesiasticæ. *Ludovic. Roman. singul. 693.* ¶ Filius an puniatur pro delicto patris in crimine læsæ Majestatis, *vide Rebuff. in constit. Reg. gloss. 5. num. 106. in proemio.* Pro affirmativa, scribit, *Dec. cons. 64.* ¶ Liberans condemnatum ad mortem de manu familiæ, an teneatur hac lege. *Bartol. in l. 4. ff. ad leg. Jul. de vi privat.* ¶ Senatorea Principis illi parificantur quoad pœnam offendentium eos, nisi fiat occasio causa inimiciciæ. *Capic. d. decis. 190. num. 11. vide Guid. Pap. 344.* ¶ An filii nati, & nascituri puniantur pro patre propter crimen læsæ Majestatis, *Roland. cons. 74. Tom. 3.*

Vel non.

Scientia non probabilis de proditione patrata contra Principem, non punitur, sed quidem probabilis. *Capic. decision. 155. num. 19. & Hippol. singul. 164.* ¶ Filio committente crimen læsæ Majestatis, non punitur pater; secus in patre, pro quo filius plectatur. *Ozasc. d. decis. 94. num. 6.* Sed delictum patris rebellis, quando noceat filio, *vide Gram. decis. 6.* ¶ In crimine læsæ Majestatis, licet filii pro patre puniantur; secus tamen est in fratribus, vel nepotibus: & decretum, quod in causa læsæ Majestatis teneantur collaterales, & fratres delinquentia, restringitur secundum rationem, & mentem decreti. *Dec. cons. 64.*

Cap. VI. Quando habeat locum hac pœna. vel non.

Dispositio d. legis, quisquis, habet locum in filiis natis, & nascituris. *Roland. cons. 74. vol. 3.* ¶ Dicta lex licet locum habeat in inferioribus à Principe supremo quoad delinquentes, tamen non debet extendi ad filios committentis tale crimen contra inferiorem recognoscentem Superiorem. *Rol. d. cons. 74. & Raud. tract. de Analog. cap. 32.* ¶ Pœna legis Juliæ Majestatis habet locum in quolibet Principe, Duce, Marchione, Comite, & aliis Dominia etiam recognoscentibus Superiores. *Papon. lib. 22. tit. 1. arrest. 1. & Roland. cons. 88. vol. 2.* ¶ Ex dispositione d. legis quisquis, licet filii pro paterno crimine puinantur, tamen hoc non procedit in filiis emancipatis. *Pet. de Raven. sing. 940.* ¶ Pœna *legis, quisquis. C. ad leg. Jul. Majest.* non habet locum, nisi in crimine læsæ Majestatis primi capitis: quia extensio non est facienda in pœnalibus correctoriis, & odiosis. *Vern. decis. 495. seu 2. part. 2.*

Cap. VII. Qui sint effectus.

Vasallus contraveniens juramento fidelitatis non amittit feudum, nisi in casibus à jure expressis, tenetur tamen Domino revelare, si noverit aliquid contra illum tentatum. *Cravet. d. cons. 224.* ¶ Mulier damnata crimine læsæ Majestatis perdit dotem, & bona, salvis actionibus, quæ competunt ex pacto, statuto, vel consuetudine. *Ozasc. decision. 80.* ¶ Proditores sunt odio nedum Deo, & hominibus, sed etiam juri, adeò, quòd eorum filii sint incapaces successione, tam ex testamento, quam ab intestato, *Hippol. singul. 16.* Ubi plura de pœnis proditorum. ¶ Crimen læsæ Majestatis non nocet descendentibus ex linea fœminina. *Raud. tractat. de Analog. cap. 32. num. 23.* ¶ De confiscatione bonorum respectu hujus criminis, *vide per Ozasc. decision. 94. & supra tit. damnat. bonis*

Cap. VIII. Rebellio quis dicatur.

Narrativa Papæ in bullis facta, an probet rebellionem castri in illa narratam, *vide Crescen. decis. 8. aliàs 49. titul. de probation. Dec. cons. 410.* Et quid, si essemus in antiquia, *vide ibidem Crescens. decision. 7. alias 89.* ¶ In hoc casu non stari narrationi, seu assertioni Principis, scribit Raud. *tract. de Analog. cap. 15. num. 182. vide Dec. cons. 410.* ¶ Non est standum assertioni Imperatoris, quod quis sit rebellis: ideò concessio facta ab Imperatore de feudo tanquam ex jure devoluto propter rebellionem, non valet in præjudicium agnatorum, quibus prius erat jus quæsitum. *Dec. cons. 544. lib. 2. vide & cons. 606.* ¶ Rebellem Civitatis an quis indicare teneatur, *vide Rom. sing. 794.* ¶ An rebellis sit, qui literas, nuncium, aut aliud quodvis signum mitti inimicis Principis, vel Domini currat, aut consensit, *vide Dec. cons. 604. & seqq.* ¶ Citatus à Principe si compareat non ut citatus, sed sponte, vel ut missus, nunquid dici possit rebellis, vel crimen legis Majestatis commisisse, *vide Natt. cons. 596.*

TITULUS CCCVII.

Si quis Imperatori, vel Principi maledixerit.

PRincipi maledicens quando, & qua pœna feriendus sit, & an Principi expediat suos maledicos punire, & varia exempla adferuntur, in quibus nonnulli maledici fuerunt puniti, & aliquibus fuit indultum. *vide Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 377. & supra titul. prox. vide Farinacium tractat. crimin. libr. 3. quæstion. 105. in spect. 10.*

TITULUS CCCVIII.

Ad legem Pompejam de parricidiis, & contra.

DE his, qui parentes, vel liberos occiderunt, *vide per tot. tit. ff. de his qui parentes.* ¶ Parricidium ex causa (veluti ingratitudinis) commissum, quomodo puniatur, *vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 356.* ¶ De materia, *vide per Papon. lib. 22. tit. 4.* ¶ Fœmina, quæ studiosè fecit abortum, in exilium temporale damnatur, quod procedit si ante 40. dies; si vero post suffocaverit partum, tenetur de homicidio. *l. Divus. 4. & ibidem gloss. ff. de extraordin. crim.* ¶ Mulier, quæ ventris doloribus impulsa latrinam accesserat, & partum in cloacam effuderat, afferens ne scivisse se prægnantem, quà pœna poniti debeat, *vide Ozasc. decision. 80.* ¶ Delictum mulieris occidentis partum ante baptismum est oribile, & gravissimum, ideo illa graviter debet puniri. *vide Papon. libr. 22. tit. 4. & Dec. cons. 535.* ¶ De pœna matris infantem in utero, vel jam natum occidentis, *vide Perillust. D. P. Tessan. decis. 12. & 13.*

TITULUS CCCIX.

Ad legem Corneliam de sicariis, & de homicidio.

Generalia.

DE materia homicidii voluntarii, vel casualis, *vide per tot. tit. ex de homicid. volunt. vel casua.*

Cap. I. De homicidio. Quando inquirendum.

De homicidio contra aliquem (per alium perpetrato) tanquam auxiliatorem non est inquirendum, nisi expresse dicatur, quod ille sciebat homicidium committendum; nam secus erit si ignorabat, & talis ignorantia poterit solo juramento probari. *Gram. decis. 25. num. 4.*

Cap. II. Homicidium: Quando præsumatur.

Si quis loquutus fuerit ad aurem alicujus, qui statim commiserit homicidium, quod per famam probatur, an tale homicidium, præsumatur factum consilio alloquentis, *vide Bart. in l. si ventri 8. §. eorum. ff. de privileg. credit.* ¶ Vulneratus si iterum vulneretur, & inde moriatur, secundo vulnerahti homicidium est imputandum. *Boer. ibid. vide Lud. Rom. sing. 260.* ¶ Quando quis

quis est vulneratus, si ex tali vulnere moriatur, non inspicitur quibus diebus post vulnerum illationem vixerit, quod procedit, nisi ipse vulneratus fuisset in culpa mali regiminis. *Guid. Papon. singul. 491.* Vel adhibuerit malum Medicum. *Pet. de Rav. sing. 797. vide Bartol. cons. 36. vol. 2. & in suo tract. de different. int. jus Cano. & Civil. num. 123.* ¶ Interfectus ante domum alicujus, ibidem præsumitur interfectus, & est præsumtio contra dominum domus. *Bartol. in l. 3. ff. de via public. & itin. publ. resic.*

Cap. III. Qui teneatur, vel non.

Mandans fieri homicidium, teneatur ut faciens illud: idem in nuncio scienter portante literas homicidii. *Hipp. sing. 181.* ¶ Dominus si dixerit servo ab aliquo verberato, non revertaris domum, nisi aliquid feceris de te contra verberantem, an his verbis dominus teneatur de homicidio, si verberatorem servus interfecerit, *vide eundem literæ P. sing. præceptum, & Bart. in l. si quis 25. §. pater. ff. de acquir. hæred.* ¶ Vulnerans antea vulneratum, & jam animam exhalantem tenetur de occiso, & primus, qui percusserat, de vulnere tantum. *Franc. Crem. singul. 56.* ¶ De homicidio tenetur, qui hominem dolose sive gladio, sive veneno, sive manibus strangulando, vel qualitercunque occiderit. *Hartman. cap. 12. tit. de accusat. lib. 2.* ¶ Sepeliendo interfectum opem præstans, tenetur de occisione. *Boer. decis. 262. num. 7.* Et dans consilium, mandansque fieri homicidium, qualiter puniri possit, *vide ibidem num. 11.* ¶ Tractarus aggravat delictum, ideo tenec vulnerantes tenetur de occiso sed quid, si fuerint plures vulnerantes quando non sunt in rixa, *vide Joseph. Ludov. dec. Luc. 16.* ¶ Occidendi causa aliquem si plures accesserint, licet tantum unus percusserit, omnes tamen tenentur, sed quando ratione unius delicti plures puniantur, *vide Bartol. in l. si rixa 17. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* ¶ Homicidii pœna ad hoc, ut quis teneatur, non requiritur animi deliberatio, seu declaratio. *Joseph. Lud. decis. Luc. 62. num. 18.* ¶ Vulnerans valetudinarium, si inde ille moriatur, tenetur pœna homicidii. *Joseph. Lud. decis. Luc. 62. num. 8. 21. & 22.* ¶ Si in rixa plures delinquerint, unusquisque tenetur de eo, quod fecit, rixæ tamen inceptor tenetur pœna ultimi supplicii, morte alicujus interveniente, sed si ignoretur pœna ultimi supplicii, morte alicujus interveniente, sed si ignoretur inceptor, omnes tenentur pœna extraordinaria, & quantum ad interesse civile, omnes tenentur æqualiter. *Idem Joseph. d. decis. 16. num. 11. & seqq. vide Franc. Marc. quæst. 767. part. 2. & quæst. 503. part. 1. Roland. consil. 63. volum. 2. Clar. in sua Pract. crim. §. homicidium, vers. alia est Hippol. sing. 403. Perill. D. P. Thessau. decis. 31. & Hartm. cap. 18. tit. de accusatio. lib. 2. & c. 29. tit. de injuriis lib. 1. facit Litem Mela 11. §. item. ff. ad leg. Aquil.*

Vel non.

Occidens Titium pro Sejo, non tenetur pœna ordinaria. *Boer. decis. 84. & Papon. libr. 22. titul. 5. arrest. 4.* ¶ Vulneratus si post triduum visus fuerit ire cum baculo, & posteà moriatur non tenetur vulnerans de occiso. *Pet. de Raven. sing. 795.* ¶ Si attestatione Medicorum probetur vulnus non esse lætale, licet posteà vulneratus moriatur, non ob id vulnerans tenebitur de homicidio; sed tantum de vulnere. *Rand. de Analog. cap. 31. num. 35.* ¶ Vulneratus insequens vulnerantem, & occidens illum, non tenetur ut homicida. *Raud. tract. de Analog. cap. 31.* ¶ Occidens aggressorem se defendendo, non tenetur de occiso: nam occidens aliquem se defendendo, non dicitur committere maleficium. *Hippol. singul. 100.* ¶ Licet occidens aggressorem non se defendendo non excusetur, tamen mitius punitur, adeo ut, si percussus insequatur vulnerantem fugientem, & illum occidat, non teneatur, ut homicida: quia est potius in culpa, quam in dolo, & hoc casu homicida non debet mori; sed solum bannīri. *Hippol. singul. 100.* ¶ Si quis fuerit occisus in rixa causaliter, & constet de vulnere illato per unum ex pluribus ibidem assistentibus, non tenentur alii. *Grammat. decis. 25. num. 6.* ¶ Homicidii pœna non tenetur, qui struxit offendiculum ad illum capiendum, qui ingrediebatur domum suam. *Dec. consil. 234.* ¶ Ille, qui mandavit famulo, ut percuteret Titium, si vulneratus moriatur, non tenetur de homicidio. *Dec. cons. 622.*

Cap. IV. Quando: Quis puniatur, vel non.

Jaculatores, & mimi, qui fera animalia ducunt, qua pœna puniantur, si illa aliquem occiderint, *vide Ludov. Roman. singul. 712.* ¶ Qua pœna puniantur homicidæ, de ipso delicto, & fusè de materia, *vide per Clar. in sua Pract. crimin. §. homicidium.* ¶ Quomodo puniatur Medicus, qui mortis causam infirmo præbuerit, *vide Clar. ibidem vers. item Medicus.* ¶ Homicida, qui ad sui defensionem occidisse fatetur, ex illa confessione punitur, rejecta illa qualitate, quod fecerit ad sui defensionem, pœna ordinaria. *Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 279. num. 6. Hippol. singul. 185. vide Bartol. in l. Aurelius 29. §. item. ff. de liberat. legat.* Assistens armatus videtur præstare opem maleficio: ideo debet puniri, illo sequuto. *Anton. Corset. in suis singul. lit. A. sing. auxilium.* ¶ Judex si non præcedentibus indiciis, quempiam quæstioni implicuerit, si tortus sit indebitè Judicem occiderit, alia leviori pœna, quàm mortis, punitur. *Hippol. sing. 455.* ¶ Homicidium committens extra domicilium, an accusari, vel inquiri, & puniri in loco originis possit, *vide Hippol. singul. 576.* ¶ Titius ab aliquo offensus Cajum fratrem rogavit, ut ipsius injuriam ulcisceretur, Cajus illum, qui fratrem offenderat, interfecit: quæsitum fuit, an Titius tanquam mandans teneretur, ac puniri possit, *Angust. Bero. quæst. 10.* sustinet partem negativam. ¶ Mulier conspirans in necem viri occisi per adulterum, punitur eadem pœna, qua punitur adulter occisor. *Boer. decis. 262.* ¶ Quomodo puniatur occidens maritum de consensu uxoris, & contra; *vide Papon. lib. 22. tit. 5. arrest. 3.* ¶ Si nutrix in lecto occidat puerum (etiam dormiendo) tenetur, & potest puniri saltem pœna extraordinaria. *Papon. lib. 22. tit. 5. arrest. 6.* ¶ Si vulneratus noluerit curam sibi adhibere, an vulnerans pœna ordinaria sit puniendus, *vide Andr. Gail. observ. 111. n. 20. lib. 2.* ¶ Pœna arbitraria punitur, qui projecit lapidem non animo occidendi, si fuerit subsecuta mors. *Rot. Avin. decis. 29. in decision. diversor.* ¶ Si fuerit commissum homicidium de nocte in personam alicujus ex militibus Justitiæ, qua pœna debeant puniri delinquentes, *vide Gramm. vot. 21.* ¶ Homicidii pœna, quæ sit, & alia est in illo, qui est in dignitate constitutus, alia est in illo, qui est in dignitate constitutus, alia in vilibus personis. *Franc. Marc. qu. 778. part. 2.* ¶ Homicidium commissum sine animo occidendi, quomodo puniatur, *vide Dec. cons. 9.* Vel sine dolo. *Hartm. cap. 12. tit. de accusatio. lib. 2.* ¶ Assassinus est ille, qui aliquem Christianum occidi pretio mandat, sed qua pœna puniatur, *vide Clar. in sua Pract. crimin. §. assassinus.* ¶ De pœna illius, cujus causa fuit perpetratum homicidium, licet ipse non mandaverit, *vide per Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 471. & Dec. cons. 234.* ¶ Homicidium à pluribus animo deliberato commissum quomodo in re dubia sit puniendum, *vide Perillustr. D. P. Thessau. decis. 31.* ¶ Si alter rixantium percusserit, & occiderit mediatorem, vel contra, mediator percusserit alterum ipsorum rixantium, an puniatur, & qua pœna, *vide Boer. decis. 82. & Joan. Ant. Trig. sing. 25.* ¶ Si plures commiserint delictum,

...um, seu homicidium in rixa, vel extra, qualiter ...ntur, *vide Joseph. Lud. decision. Luc. 16. Menoch. de ... ra. lib. 2. ... cas. 361. & Pet. de Raven. sing. 793.* ¶ Ho... m d... i modo committi potest nempe dolo, ... , fed ... modo debeat puniri homicidium cul... liter hom... ida hoc casu excusetur à pœna ... puniatur pœn a arbitraria. *vide Magon decis. ... Andr. Gail. observ. 110. lib. 2. Lud. à Pegue. in sua qu. ... uo Spec. part. 4 distinct. 1. tit. an sit pu... vel crim. n. 77. Clar. in sua Pract. §. homicidium, ... 13. tit. de accusa. lib. ...* ¶ Pœna homicidii cor... non habet locum, nisi in homicidio voluntario, ... homicidium ex proposito, & destinata vo... & quidem dolo malo commissum est, hoc et... lata culpa non æquiparatur dolo. *d. observ. 110. ... Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 224.* ¶ Occidens ... seu ministrum, qui capere reum volebat, qua... ur, & contra, *vide Boer. decis. 170.* ¶ Homicida ... locum tutum, sive sub eodem Principe, sive ... lo, & etiam quod confugerit ad Ecclesiam, ... et invitus extrahi, quod locum habet in ho... dolo; non autem culposo. *Jos. Lud. dec. 16. Luc. ...* in homicidium dolosum graviter punitur. *ibid. ... 7.* ¶ Homicida quomodo puniatur de jure Di... & quomodo de jure humano, nihil enim gravi... o. *idem Joseph. Luc. decis. Luc. 62.* ¶ Qui Titi... m ... cum Sempronium occidendi animum habe... pœna homicidii teneatur. *Andr. Farbin. libr. 1. ... p. 37.* ¶ Jud... um, vel Paganum occidens, an te... pœn... ordinaria homicidii, *D. Gasp. Thess. quæst. ... 36. lib. ...* ¶ Si in captura ille, contra quem ... concessa, occidat militem, quando excusetur à ... ordinaria, *vide Papon. lib. 22. tit. 5. arrest. 2.*

Cap. V. Qui puniatur morte, vel non.

... licet sit puniendus pœna mortis, tamen ... e Judicis illum non condemnare hac ... deportare homicidam, quem impulit iracun... ... aliter, quàm ex facto offensi. *Hippol. sing. ... 47.* ¶ ... micidii pœna est capitalis, & in dubio ho... dolosè factum præsumitur. *Franc. Marc. quæst. ...* ... deo qui allegat fecisse illud ad defensionem, te... re, *Marc. ibidem.* ¶ Si apertè non constat ... m ex vulnere, quid juris, *vide Dec. cons. 415.* ¶ ... ium committens dolo, punitur pœna mortis: ... nore, qui non punitur pœna mortis, nec alia ... , fed pecuniaria. *Rol. cons. 77. vol. 3.*

Vel non.

... is lapsus decennii in homicidio alleviat pœ... nam ... o deli... i antiquitas, abs... , & depaupera... tio ... lium in crimine alleviant, ut ille non puni... ... ortem. *Afflict. decis. 287. num. 1. & ... n. & Hipp. ... 4.* ¶ Mulier occidens baculo eam, quæ diceba... ... ans ex femine mariti, non debet ad mortem ... fed alia ... mitiori puniri. *Gram. vot. 23.* ... tus ver... anj... riosis resistens armis, & oc... ... n puni... pœna ordinaria mortis, fed alia ... *Pap. l... 22. tit. 5. arrest. 1.* ¶ Vulnera... to ... illuc vivente, non debet v... neras ad mortem condemnari, ... secuta morte. *Boer. dec. ... 3.* ... ¶ Confitens homic... ... ui defensionem, si ... er non constet de deli... o, non ... unitur ad mortem. ... *dec... n. ... n. 11.*

Exilio.

... micid... ium ... in rixa non dolosè, punitur pœna exi... ... nis per quinquennium. *Gram. dec... & ... n. ... vide Joseph. Lud. decis. Luc. 16. & Lud. Pegue. ... q... c. 14.* ¶ Homicida, quem compulit ira, ... lor... ev... ctus ad homicidium committen... dum, erit mitius puniendus, vel in exilium mittendus. *Gram. decision. 98. n. 6. vide Peregrin. D. P. Thess. decision. 178.*

L. Cornel pœna.

Hominem occidens, vel cum telo causa occidendi persequens, lege Cornelia de ficariis punitur, qua lege castigatur etiam veneficus, vel arte magica hominem occidens, aut malo medicamento utens. *§. item lex. Instit. de pub. judic.* ¶ Venenum deferens causa venenandi aliquem, debet puniri lege Cornelia de ficar. *Gram. decis. 33.* ¶ Quidnam, qui accusabatur veneno occidisse hominem, multis contra ipsum resultantibus præsumptionibus, fuit absolutus, quia non constabat veneno defunctum mortuum fuisse. *Rot. Aveni. decis. 20. in decis. diverso.*

Cap. VI. Vulnus mortale. Quod dicatur, vel non.

An propter homicidium bona feudalia confiscata spectent domino infeudato cum mero, & mixto imperio, an fisco suæ Majest. *Cas. Rol. cons. 21. tom. 3.* ¶ Homicidium à pluribus commissum, si ignoretur à quo, non punitur pœna ordinaria, sed pecuniaria: verum conclusio limitatur quatuor in casibus, in quibus incertitudo non excusat à pœna ordinaria. *vide Andr. Gail. observ. 109. lib. 2. Rot. Avenio decis. 93. in decis. diverso. Pet. de Raven. sing. 794. Hipp. sing. 217. & Bartol. in l. item Mela ... ff. si quadrupes paupe. feci. dica.* ¶ Peritis standum est, an vulnera sint mortalia, necne: & vulneratus præsumitur in dubio mortuus ex vulnere. *vide Joseph. Ludov. decis. 62. Luc. Boer. decision. 323. Franc. Marc. quæst. 779 part. 2. And. Gail. observ. 111. lib. 2. Hipp. sing. 218. & Bartol. cons. 30. vol. 2.* ¶ Iurisdictionem habens ex consuetudine præscripta, pro homicidio pœnam imponere potest pecuniariam. *Afflict. dec. 287. n. 3.* ¶ Vulnus tunc dicitur mortale, quando secundum regulas medicinæ percussus non potest evadere ad mortem: & de tali vulnere non possunt deponere, nisi Medici. *Gram. vot. 24.* ¶ Locus, ubi quis vulneratur, an ibi mortuus ex vulnere, attendi debeat ob solvendam pœnam Fisco, *vide Barth. de Capu. sing. 26.* ¶ Judicis arbitrio relinquitur, quando quis dicatur ex vulner... mortuus, *Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 275.* ¶ Vulnera in quibus corporis partibus sint mortalia, & contra. *vide Boer. dec. 323.* ¶ Homicida, quòd tantum puniatur pœna pecuniaria, omnibus legibus repugnat. *Cabal. milleloq. 430.*

Cap. VII. Aggressor. Quis dicatur. Defensio. Quando probatur.

Occiso altero rixantium, quis præsumatur aggressor, nempe an ille, qui interfectus fuit, ante ille, qui interfecit, *vide eundem Boer. dec. 237.* ¶ Pro defensione rei accusati de homicidio, vide supra titul. quando liceat unicuique, *& infr. tit. de defensio. pro excusatio. homicidæ.* ¶ Si accusator probet Titium occidisse Sæjum armis, & contra, probet Titius se à Sæjo fuisse armis insultatum, erit probata defensio. *vide Raud. tract. de Analo... c. 31. num. 45.* ¶ Si accusatus de homicidio probet se il... ... ad vitæ, seu rerum suarum defensionem censetur probata necessaria defensio, *Raud. ibidem num. 49.* ¶ Si offensor probaverit solam præparationem offensi ad offendendum, sat est probata ejus defensio: quia esse potest, quòd si expectasset ictum, non evasisset. *Raud. ibidem num. 50.* ¶ Si fuisti accusatus de homicidio, & probasti occisum venisse contra te... c... m c... lo, vel ense, ... t æquivoca probatio, nihilominus sit interpretatio ad tui favorem. *ibidem Raud. num. 51.*

Cap. VIII. Miscellanea.

Cum quis allegat se occid... se ad sui defensionem, quomodo id probare debeat, *Andr. Farbin. lib. 1. cont. cap. 30.* ¶ Sententia lata super homicidio contra Titium, licet ... erit executioni demandata, non proderit Cajo,

Cajo, [illegible] occiderat, *Pet. de Raven. singul. 264. Marc. de Mant. sing. 3. facit l. 21 ff. de interrog. actio.* ¶ Vulnerato non creditur exculpanti aliquem. *Pet. de Raven. sing. 796.* ¶ Homicida dicens se occidisse animo vulnerandi, & non occidendi, auditur, & hujusmodi animus ejus juramento probatur. *Jo. de Arno. sing. 44. vide l. 1. & 5. & ff. ad leg. Cornel. de sicar.* ¶ Quod Judex originis, vel domicilii possit punire homicidam alibi homicidium committentem, tradit, *Joseph. Lud. decis. 16. Luc.* ¶ Repercutiens non censetur repercutere ad vindictam, *Raud. tract. et. de Analog. cap. 31. num. 14.* ¶ Animus deliberatus, atque cogitatus occcidendi, quibus conjecturis probetur, accurate, & diligenter explanatum legitur apud *Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 361.*

TITULUS CCCX.

Ad legem Juliam de vi publica, sive privata.

Generalia.

De vi publica, & privata, & de pœnis statutis delinquentibus in hoc crimine, *per Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 394.* Ubi quando armorum usus interdictus sit.

Cap. I. Vis. Quæ sit.

Sitne vis publica cum quis alium armatus aggreditur. *And. Fach. lib. 9. contr. cap. 102. contr. cap. 5* ¶ Vis publica an eo casu dicatur facta, quando quis solus, & armatus alium vulneravit, & de pœna hujus legis, *vide Per-illust. D. P. Thessau. decis. 35.*

Cap. II. Quæ sit pœna.

Qua pœna sit afficiendus is qui aggressorem occidit non servato moderamine inculpatæ tutelæ. *Andr. Fach. lib. 1. contr. cas. 32.* ¶ Contra violentum possessorem competit criminale judicium legis Juliæ. *l. 4. C. unde vi.* ¶ Hoc jure utimur, quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis privatæ crimen incidat, *l. hoc 195. ff. de reg. jur.* ¶ An pro crimine legis Juliæ de vi publica, possit procedi ad pronunciationem delicti pro confesso ad bannum, confiscationem bonorum contra absentem, *vide Ozasc. decis. 105.* ¶ Si plures usque ad septem de nocte armati aggressi fuerint domum alicujus cum fractura ostii prædæ causa, & fractis ostiis, ac ruptis scriniis, quicquid in illis erat rapuerint, quales debeant esse partes Judicis pro punitione hujus delicti, *vide Boer. decis. 173.* ¶ Vim publicam, seu privatam committens, punitur pœna extraordinaria, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. qu. 83. vers. vim.* ¶ Prohibens aliquem licite quid facientem, coadunatis hominibus armatis, vim committit, & pœna legis Juliæ de vi publica tenetur. *Natt. cons. 685.* ¶ Si ex duobus rixantibus unus percussus, & vulneratus fuerit [illegible] testes deponant super vulnere, licet dicant non vidisse [illegible] vulnus, sed solum quod rixa finita, vulneratum [illegible] runt, tunc resultat adversus alterum non [illegible] judicium indubitatum, propter quod ad [illegible] mnationem perveniri poterit. [illegible] ¶ Qui [illegible] bet de familia potest prohibere aliquem [illegible] um ingrediatur. & si ingreditur, habet [illegible] Cornelia. *vide Bart. in l. lex [illegible] §. domum. ff. de [illegible] is.* ¶ Qui jocando aliquem [illegible] vulneravit, [illegible] lo puniatur *vide Hartm. [illegible] titul. [illegible] rum ex jure Civili lib. 2.* ¶ In [illegible] habemus de retum, quo punitur vim inferens. [illegible] *dec.* [illegible] ¶ Quod fit ad [illegible] defensionem pœnam non [illegible] quia [illegible] defendere omnes leges permittunt & hoc duntaxat [illegible] tuendi causa, non autem ul[illegible] *l. 46. §. qui cum alter. ff. ad l. Aqui. vide supra tit. quando liceat unicuique.*

TITULUS CCCXI.

Ad legem Juliam de adulteriis, & stupro, & de omni alio illicito coitu.

Cap. I. Adulterium: stuprum: sodomia: osculum. Quale sit.

An in dispensationis precibus facienda sit mentio adulterii, sive incestus. *Francis. Sarmiens. select. interp. lib. 1. cap. 9.* ¶ Quæ sint differentiæ inter adulterum, & adulteram. *Cujac. lib. 20. observ. cap. 15.* ¶ Quæ sint differentiæ inter castum, & adulterum. *Cujac. lib. 25. observat. cap. 17.* ¶ Adulterium uxoris an sit gravius, quam homicidium filii, *vide Boer. decis. 23. num. 77.* ¶ Pernoctatio mulieris arguit stuprum, quando fit sine causa, *vide tamen Cravet. cons. 291.* ¶ Adulterium adeo grave per se est malum, ut nulla causa justificari possit, *vide Marc. de Mant. sing. 368.*

Cap. II. Quomodo probetur.

Testes si deponant Petrum cognovisse Bertam violenter, non probant vim esse Bertæ illatam a Petro [illegible] aliud communis usus loquendi suadeat. *Mathes. 102.* ¶ Accusatus de adulterio ad sui defensionem debet probare, quod illa cum qua inculpatur commisisse adulterium, est sibi consanguinea, cum qua naturale fœdus nihil permittit sævi criminis suspicari. *Abb. in sua Pract. cap. 152. num. 11.* ¶ Vidua nubens intra annum luctus arguit suspicionem adulterii commissi, vivente marito. *Ozasc. decision. 77. num. fin.* Non tamen ob id amittit donata a viro. *Cab. milleloq.* [illegible] *vide R[illegible] Ar[illegible] mo. decis. 145* ¶ Qualitas honestatis, vel inhonestatis est maximi ponderis in crimine stupri, & testes singulares admittuntur ad probandum mulierem ab alio cognitam. [illegible] *decis. 107 num. 8. & Boer. decis 23 n 46.* ¶ Adulterium ex suspicionibus probatur, sed de hac probatione, *vide per Marc. quæst.* [illegible] *3. num 14. & quæst. 897. Cravet. consil. 205. num. 20. 21. & cons. 321. Cass. in consuet. Burg. tit des droicts. Rub. 4. §. 6.* [illegible] *13. num. 8. Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 47. & cons.* [illegible] *lib. 1. Natt. consil. 205. num.* [illegible] *Tom.* [illegible] *in additio. ad Bart. in l. 34. C. ad leg. Jul. de adul. & in l. 2. §. simul, &* [illegible] *l. qui* [illegible] *ff. ad* [illegible] *Jul. de adult. cap. præterea 27. & ibid.* [illegible] *ff. xtr. de* [illegible] *ap.* [illegible] *& 13. extr. de præsumpt.*

Cap III. Qui ac usare possint, vel non.

An hodie [illegible] publica. *Cujac. libr. 20.* [illegible] ¶ [illegible] quæ nupta est de adulterio accusari [illegible] ¶ Mulier meretrix [illegible] a patre, [illegible] non ab [illegible] ndo, & in [illegible] jure mariti ac [illegible] *qu.* [illegible] *42. par.* [illegible] ¶ In [illegible] terii [illegible] viri [illegible] *de* [illegible] ¶ Tribu[illegible] committere adulterium [illegible] & quando liceat [illegible] m[illegible] et marito, *vid. M*[illegible] terium [illegible] ter consi[illegible] erari possit [illegible] *S*[illegible] *in cons. inst. ar.* [illegible] *audia* [illegible] *super decreto omnem, tit. de concubinat.* [illegible] *m. 6.*

[illegible] non.

Uxor non potest accusare maritum de adulterio [illegible] si per modum exceptionis. *Pap. lib. 24* [illegible] *arre.* [illegible] *6. & Balb. sing.* [illegible] *2.* ¶ [illegible] ne adulterii repellitur septem in [illegible] quo [illegible] *in cap. ex quod ista* [illegible] *q. 6.* ¶ [illegible] es mariti etiam sui non possunt accusare viduam de adulterio commisso in vita m[illegible], vel mulieri agenti non possunt objicere excepti[illegible]

ip ius

[illegible] adulterii. *Ozasch. d. decis. 77. num. 10. & decis. 132.* [illegible] *de Boer. dec.* [illegible] *Menoch. cons. 3. vol. 1. & Guid.* [illegible] *431.* Fallit si maritus in vita fuerit conquestus [illegible] judicium: nam hoc casu exceptio adulterii [illegible] in hæredes. *Vincent. de Franc. decis. 184. & 240.* ¶ [illegible] fuit fornicata, antequam sit sponsa, non potest [illegible] de adulterio; secus si post. *gloss. in cap. inventa* [illegible] *2.*

Cap. IV. Quando committatur, vel non.

[illegible] prum committitur cum virgine, incestus cum per[illegible] guine conjunctis. *Joseph. Ludovic. decis. Luc. 71.* ¶ Stuprans pecuniis aliquam juvenculam, [illegible] invitam & nolentem stuprare: quia per dece[pti]onem [illegible] detur stuprum committi. *Petr. de Rav. singul.* [illegible] ¶ Adulterium committitur cum nupta, & divortium [illegible] propter fornicationem non fit, nisi quoad separationem thori. *Marc. d. q.* [illegible] *13. n. 19. & 21. vide infra lib.* [illegible] *de divort. & repud.*

Vel non.

C[onjug]atus cognoscens carnaliter mulierem solu[tam no]n committit adulterium: ideo de illo non pot[est accu]sari, minus de stupro cognoscens meretricem, [illegible] non violento [ha]bito cum muliere non nupta, [illegible] n [illegible] nomen honestæ mulieris judicatur de [illegible] bio cum meretrice, secundum *Rol. consil. 74.* [illegible] *m. 12.* Tamen quod conjugatus cognoscens so[illegible] dicatur committere adulterium, tenet, *Menoch.* [illegible] *lib.* [illegible] ¶ Stuprum non committitur, nisi cum [illegible] c, & vidua honestè vivente. *Gnum. decis. 104.* ¶ [Ig]norans non committit adulterium, *cap. in lectum,* & [illegible] *q.* & *2.*

Cap. V. Quando liceat occidere adulterantem.

An uxorem in adulterio deprehensam marito occide[re liceat] [illegible] *1. variar. quæst. q. 2. vide Boer. decis.* [illegible] *decis. 3. Lena. num. 448. decis. divers. Marc.* [illegible] *singul. n. 128. & 571. Clar. in sua Pract. crimin.* *§.* [illegible] *Menoch. de arbit. lib. 2. cap. 482. Rol. cons.* *4.* [illegible] *in §. his quoque, Authent. ut liceat matri,* [illegible] *ff. de* [illegible] *quod metus causa.* ¶ Patri etiam Ma[illegible] m c[um] fi[lia] coeuntem occidere licet, tamen ma[illegible] o [illegible] i [h]oc non permittitur. *Boer. decis. 17. numer. 14.* ¶ [illegible] mu a [p]rocedunt de jure Civili; secus de jure Ca[nonic]o *P[etr.] R[ebu]y. dec. 3. Lena. num. 445. Bart. in suo tract.* [illegible] *jus Canon. & Civil. num. 93 facit cap. in* [illegible] *d. gloss.*

Cap. VI. Q[uomodo] puniatur: An morte.

[illegible] s uxoratus cum Moniali coiens, potest à Judice [p]uniri. *Ozasch. decis. 103.* Sed qua pœna, *vid.* [illegible] *6.* ¶ Qualiter hodie adulter puniatur, & quomo[do] [illegible] i, & pœnæ ordinariæ adulterii, sit per [illegible] n [illegible] derogatum *vide Franc. Marc. quæst. 515.* [illegible] *41. & cons.* [illegible] *Boer. decis. 397. num. 15. & 19.* [illegible] *Reg.* [illegible] *in procemio gl.* [illegible] *5. num. 105.* [illegible] *in Pract. § adulterium D. Sol. in constitut.* [illegible] *per decreto, omnem, titul. de concu-* [illegible] *cons. 205. Bartol. in l. 13. ff. de his, qui* [illegible] *& in* [illegible] *d. q. quæst.* ¶ De pœna stu[illegible] m scalis, *vide per Vincent. de Franc. decis.* [illegible] Stuprans virginem immaturam, qua pœ[na] [illegible] *Pap*[illegible] *quæst.* [illegible] *num. 16. Men*[illegible] *de arbitr. lib.* [illegible] *Mat*[illegible] *Mat*[illegible] *99 Perillustr D. P.* [illegible] *bessaur.* [illegible] ¶ Os[cul]um rapiens [illegible] niatur pœna, & vis illata in virgi[illegible] *6. Pet. Roy. decis. 3.* [illegible] *& Lud. a Pegue. in suis quæst.* ¶ Vi[illegible] c[illegible] qualiter punia[tur] [illegible] vid[illegible] *Boer. dec. 316. & Joseph.*

Ludov. decis. Luc. 61. ¶ Stuprans viduam honeste viventem cautione non relaxatur, sed qua debeat puniri, *vide Rot. Aven. deci. 72. in decis. divers.* ¶ Vir etiam committens adulterium punitur, sed qualiter, *vide Papon. lib 22. titul. 9. arrest. 2. & 3.* ¶ Interpellantis mulierem, aut puellam, aliudve impudicitiæ causa facientis pœna, tam perfecto, quam imperfecto flagitio, est. *Pet. Roy. decis. 3. Lena. num. 528. in decis. divers.* ¶ Crimen adulterii patratum cum commatre mixtum est, nec eo ipso maritus uxoris thorum violare dicitur, sed quâ pœna tunc debeat puniri adulter incestuosus. *Franc. Marc. quæst. 152. part. 2.* ¶ Uxor committens adulterium aliquando punitur ad rigorem legis, *vide Papon. lib. 22. tit. 9. arrest. 1.* Et aliquando mitius. *ibid. arrest. 2.* ¶ Mulier qualiter puniatur de adulterio commisso, durante matrimonio, *vide Gnum. decis. 31. Marc. quæst. 513. & Boer. decis. 297.* ¶ Cognoscens meretricem per vim, qualiter puniatur, *vide Papon. lib. 22. tit. 8. arrest. 1.* ¶ Auxilium & opem adulterio tulisse dicitur, qui arte, & fallaciis maritum extra domum duxit, ut adultero liceret ad uxorem ingredi: & iste talis debet puniri eadem pœna, qua punitur adulter. *Natt. cons. 151. Tom. 1.* ¶ Absolutus ab adulterio proximitatis prætextu, si postea cum eadem muliere matrimonium contrahat, de primo adulterio (de quò fuerat absolutus) poterit condemnari. *Petr. de Raven. sing. ul. 10.* ¶ Adultera mulier, an puniatur, quando vir illi non reddit debitum [illegible] *205. num. 35.* ¶ Sed quid, marito non conquerente. *Boer. decis. 297. num. 15. 19. Marc. quæst. 515.* ¶ Viri gravius sunt puniendi de adulterio, quam mulieres *c.* [illegible] *q. 6.* ¶ Judicis arbitrio puniri tentantem masculorum pudicitiam, *scribit Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 286. num. 16.* Idem in deosculante turpiter mulierem. *ibid. num. 17.* vide eundem *ibid. cas. 287.* ¶ Pariter punitur Judicis arbitrio, qui extra vas contra naturam pollutus est. *Menoch. d. cas. 286. num. 18.* ¶ Minores ob carnis vitium mitius puniuntur *Menoch. ibid. num. 19. vide eundem. ibid. cas. 329.* ¶ Clericus concubinarius, vel alias fornicationem committens, qua pœna puniatur, *vide Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 418.* ¶ Quomodo puniatur ille, qui cognovit filiam sororis suæ uxoris, *vide Papon. lib. 22. tit. 9. arrest. 8.* ¶ Adulter potest condemnari ad triremem, si committat adulterium cum uxore alterius, illam retinendo extra domum mariti, *Papon. lib. 22. tit. 9. arrest. 19.* ¶ De arresto lato contra Martinum Guerram, *vide ibid. arrest. 20.* ¶ Volens rem habere cum animali bruto, si suos fecerit nixus & conatus, licet non perfecerit, aliquo impedimento superveniente tamen punitur, ac si perfecisset. *Boer. decis. 316. vide Papon. lib. 22. titul. 7. arrest.* ¶ Judæus si cognoscat Christianam, aut contra, qua pœna puniatur. *vide Boer. d. decis. 316. num. 5. J*[illegible] *in decis. divers. Menoch. de arbitr. lib 2.* [illegible] *cons. 35. volum. 2.* ¶ Vidua luxuriose vivens puniatur eisdem pœnas, quas mulier secundo nubens intra annum luctus. *Cravet. consil. 205. num. 27. & consil. 304. in fin. Clar. in sua Pract. crimin. §. stuprum. & infra lib. 2. tit. de pen. secundo nubentium.* ¶ Mulieres duæ se mutuo subagitantes qualiter puniantur, *vide Boer. d. decis. 316. num. 13. Gnum. Leo. dec. 37. in decis. divers. Tom. 3. & Papon. lib. 22. tit. 7. arrest. 2.* ¶ Quomodo puniatur Judex vel alius Officialis aut custos carcerum, si rem habuerit cum muliere carcerata, vel coram ipso Officiali litigante, aut alia ratione jurisdictioni subjecta, *vide Boer. decis. 17. Mar.* [illegible] *9. num.* [illegible] *part. 3. Papon. lib. 22. titul. 8. arrest. 1. Menoch. de arbitr. lib.* [illegible] *cas. 292 &* [illegible] *titul. de carcere.* ¶ Mortuam corpus polluens qualiter puniatur [vi]de *Boer. deci. 316. & Joseph. Ludov. decis. Luc. 61.* ¶ Concubinarius de jure Canonico [illegible], non punitur [de jure] Civili, *vide* [illegible] *17. & infra lib. 2. tit. de concub.*

Morte.

Cognoscens matrem & filiam punitur ad mortem. *Papon. d. lib. 22. titul. 9. arrest. 7.* ¶ Ascendens scalas ad domum alienam causa violandæ castitatis, tenetur pœnæ ultimi supplicii, præcedente tamen banno prohibitivo. *Gram. decis. 36.* ¶ Pater cognoscens propriam filiam, debet puniri ultimo supplicio cum ipsa filia. *Papon. lib. 22. titul. 7. arrest. 3.* ¶ Sodomitæ pœna capitali puniuntur. *Franc. Marc. quæst. 508.* Nam coitus contra naturam est delictum gravissimum, ideo punitur pœna ignis, tam in agente, quam in patiente. *Joseph. Lud. dec. Luc. 17. num. 25. Papon. lib. 24. titul. 10. arrest. 6. vide Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 286. Hippol. singul. 507. Bartol. in suo tractat. de different. inter jus Canon. & Civil. num. 92. & Authent. ut non luxurietur contra naturam.* ¶ De crimine sotomitæ, *vide per Clar. in sua Pract. §. sodomita.* ¶ Stuprum, adulteriumve à famulo dominæ dormienti illatum, morte mulctatur, ita fuisse observatum legitur in libris placit. *Curia lib. 12. titul. 6. in decis. divers. vide Papon. lib. 22. titul. 9. arrest. 4. & 5.* ¶ Tutor coiens cum puella, vel adulta, an capite sit puniendus, *vide Boer. decis. 317. num. 2. & 4.* ¶ Stuprum consummatum sine violentia, non punitur pœna mortis, sed alia motiori. *Afflict. decis. 276* Sed quid de consuetudine, *vide Joseph. Ludov. decis. Luc. 61.*

Cap. VII. Quæ sit pœna.

De pœna adulterii, *Cujac. lib. 20. observ. cap. 18. Cujac. lib. 11. observ. cap. 11. & 78.* ¶ Pœna statuta per leges antiquas in adultero masculo remanet firma. *Bartol. in §. si vero aliquando. Authent. ut nulli Judicum.* ¶ Adulterium cum meretrice nupta, quoad ipsam est punibile, sed quid, quoad accedentem ad illam, *vide Capic. decis. 44.* ¶ Hi cadunt in legem Juliam de adulteriis, qui aliquid pro comperto stupro accipiunt *l. isti 8. ff. de eo, quod met. cau.* ¶ De pœna adulterii in Regno Franciæ, *vide per Papon. lib. 22. titul. 9. arrest. 5.* ¶ Stuprum commissum cum muliere soluta, an sit punibile, *vide Gram. decis. 107. num. 3.* ¶ Adulterium effectum notorium potest ex officio puniri, & quandoque adulter punitur pœna mortis, *vide Vincent. de Franc. decis. 240. part. 2.* ¶ Adulterii crimen est crimini læsæ Majestatis proximum, & adeo gravissimum est, ut conatus solus in eo puniatur. *Gramm. decis. 38. num. 11. vide ibid. decis. 74. num. 14. & Clar. §. adulterium.* ¶ Adulterium lege Naturæ, Gentium, & Civili damnari, *scribit Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 419.* Ubi de variis pœnis, tam jure Civili, quam Pontificio, & Divino ejus de causa sancitis. ¶ Adulterium personæ Ecclesiasticæ, an possit puniri per Judicem laicum, *vide Papon. lib. 22. tit. 9. arrest. 18.* ¶ Adulterii quatuor sunt pœnæ, de quibus *vide per Ludov. Roman. singul. 674.* ¶ Pœna incestus, & adulterii jure Canonico mors est; [illegible] jure Civili mulier in Monasterio detruditur, *Bart. in tractat. de different. inter jus Canon. & Civil. numer. 75. vide infra titul. de incest.* ¶ Confessus pluries commisisse adulterium cum Berta uxore Titii, non tamen ex pluralitate reiterationis cum eadem Berta multiplicatur pœna. *Gram. vot. 17. num. 3. & Bart. consil. 222. vol.* ¶ Omnis fornicatio est prohibita, & coitus illicitus, sed quomodo puniatur, *vide Clar. in sua Pract. §. fornicatio.* ¶ Pœna stupri, est pœna dimidiæ partis bonorum & si non habet in ære delinquens, luet in corpore. *Gram. vot. 4. & 17 Clar. in sua Pract. §. stuprum. & §. fin. quæst. 70.* [illegible] *de Matth. Mathes. singul. 99. & Marc. de Mant. singul. 4.* ¶ Uxores duas ducens eodem tempore viventes, non debet decapitari, sed pœna stupri puniri: tamen in eo, qui quinque uxores habebat eodem tempore, fuit contrarium decisum, quia fuit ultimo supplicio damnatus. *Gram. vot. 17. vide Harm. cap. 9. tit. de matrimonio lib. 1.*

¶ Tentans cognoscere virginem vi, [illegible] et non implevérit opus, quia impeditus, punitur, sed quomodo, *vide Papon. lib. 23. tit. 10. arrest. 4. & Lud. à Pegue. in suis quæstionibus crimin. cap. 7.* ¶ Stupri crimen grave, & punitur Judicis arbitrio. *Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 288.* ¶ Stuprum violentum qua pœna puniatur, *vide Matth. Mathes. singul. 99.* ¶ Si statuto caveatur, quod rapiens mulierem puniatur pœna mortis (ut etiam est cautum de jure Canonico) talis pœna non habebit locum in illo, qui per vim cognovit virginem, & illam prostravit in terram. *Hippol. singul. 65.* ¶ Computatio graduum secundum jus Civile attenditur, quoad punitionem maleficii. *Bartol. consil. 224. vol. 1.* ¶ Coitus cum meretrice non nupta, an sit impunibilis de jure Civili, *vide Ozas. decis. 77. num. 33. Gram. decis. 107. Boer. decis. 317. num. 8. & 10. Hippol. singul. 150. Bart. in l. 40. ff. de furtis, & in l. 13. ff. ad leg. Jul. de adulter.* ¶ De jure autem Canonico punitur, *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 289.*

Cap. VIII. Qui excusentur.

Quando uxor fidem violans excusetur, [illegible] *observ. 10. Senat. Thol. in decis. divers. fol. 250.* ¶ Juris ignorantia, an excuset quoad pœnam adulterii, *vide Bartol. in l. 5. ff. de condict. sine caus.* ¶ Absolutio, seu gratia criminis adulterii incestuosi, an à Principe seculari concedi possit, *vide Marc. quæst. 152. part. 2. numer. 7.* ¶ Verecundia excusat mulierem adulteram a pœna quando non clamavit propter imminentem verecundiam, *Fel. cons. 34. num. 21.*

Cap. IX. Stuprans. Quando teneatur dotare.

Hodie committens stuprum cum virgine, tenetur aut eam desponsare, aut dotare. *Papon. lib. 22. tit. 9. arrest. 9. Jas. de actio. §. omnes autem, num. 18. Clar. in sua Pract. crimin. §. stuprum. vide Bart. in tract. de different inter jus Canon. & Civil.* ¶ Virgini stupratæ dotes constituendæ sunt secundum dignitatem & facultatem ipsius stuprantis, habita tamen ratione qualitatis ipsius virginis, ita ut major sit dos, quam si à patre filiæ stupratæ [illegible] et constituta. *Ozasch. decis.* [illegible] ¶ Puella ob stuprum seu deflorationem ut dos [illegible] constitu[illegible] [illegible] larem adire pos[illegible], *Marc. quæst. 6* ¶ Coitus habitus cum muliere non nupta, & quæ nomen honestæ mulieris non retinet, æquiparatur coitui habito cum meretrice, & [illegible] vir non tenetur constituere dotem tali mulieri ab alio jam cognitæ, potest tamen puniri respectu injuriæ factæ patrono domus, ubi ipsa mulier manebat, & in qua in adulterio fuit repertus. *Gram. decis. 107.*

Cap. X. Quando præscribatur & transigat.

Quæ sint adulterii præscriptione [illegible] *observ. cap.* [illegible] ¶ Cur in a[illegible] ad [illegible] licita transactio non fit. *Alciat.* [illegible] *paradoxorum.* [illegible] *p. 5.* ¶ Adulterium, stuprum & lenocinium præscribuntur quinquennio, [illegible] simul concurrat incestus, vel violentia; tunc enim requiruntur viginti anni. *Boer. decis. 26. Papon. lib. 24.* [illegible] *arrest. 1. & 2. Clar. in §. adulterium in fin. & Menoch. de arbitr. cas. 28.* ¶ Transactio super raptu, adulterio, vel incestu, an valeat, *vide Vero. decis. 91.*

Cap. XI. Qui sint effectus.

Legatarii legatis privantur ipso jure ob adulterium cum uxore testatoris co[illegible] [illegible], [illegible]rum, testatore mortuo, com[illegible]it. [illegible] *num. 4.* ¶ Adulterans uxorem an videatur fa[illegible] in[illegible] & rumpere salvaguardiam, *vide B*[illegible] ¶ Mulier licet fateatur adulterium, tamen non præjudicat adultero. *nemini* [illegible] ¶ Restitutio in integrum non competit minoribus ad [illegible] crimen adulterii respectu lucri dotis, sed respectu evitandi [illegible] omni[illegible] tephati. *Vincent. de Franc. dec. f. 421. part. 2.* ¶ Mu[illegible] co[illegible]

conservando in conviciis cum extraneis, & interveniendo in ludis theatralibus, ita dotem amittit, sicut si adulterium committeret. *Ozas. d. decis. 77. n. 31.* ¶ Sicut propter adulterium vir lucratur dotem, ita mulier propter adulterium viri lucratur donationem propter nuptias, liberis non extantibus. *gloss. ibid. in c. ext. ut lite non contestata.* ¶ Mulier perdit legatum sibi relictum à marito propter adulterium. *Marc. d. quæst. 513. num. 27.* ¶ Adulterio commisso per alterum ex conjugibus, potest alter conjux Religionem profiteri, invento eo qui adulterium commiserat, *Natt. cons. 116. Tom. 1. & cap. 15. extr. de conversion. conjug. cap. 16. ibid.* ¶ Maritus si statuto permittente, occidat uxorem deprehensam in adulterio, videtur renunciasse lucro dotis, quod ob illud adulterium habere debebat, secus si illud sibi debebatur ex forma statuti, vel pacti. *Mathes. singul. 72.* ¶ Vidua stuprum committens minus peccat, quam maritata adulterium committens. *Ozas. decis. 77. num. 7.* ¶ Mulier ob adulterium, an amittat dotes filiis existentibus, & an illi tam primi, quam secundi matrimonii, in ipsa dote succedant, *vide Vincent. de Franc. decis. 421. num. 12.* ¶ Non solum propter adulterium mulier amittit dotem, verum etiam propter osculum. *Clar. in sua Pract. §. adulterium, vide tamen Menoch. de arbitr. libr. 2. cas. 267. & 287.* ¶ An vidua stuprum committens, dotem amittat. *vide Ozasch. decis. 77. Boer. decis. 338. Vincent. de Franc. decis. 421. part. 2. Petr. Genar. singul. 48. Hippol singul. 234. & 216.* Pro parte negativa tenent *Papon. lib. 22. titul. 9. arrest. 16. Rol. consil. 86. volum. 1. Rot. Aven. decis. 145. Cravet. consil. 205. num. 24. & consil. 304. num. fin. & Clar. in sua Pract. §. stuprum.* Nec etiam amittit alia lucra, quæ habuit in bonis mariti. *Cassan. in consuet. Burg. tit. des droicts, Rub. 4. §. 6. gloss. 13. num. 24.* Tamen si committat stuprom intra annum luctus, perdit legatum & augmentum dotis. *Guid. Pap. singul. 493.* Et omnia donata à viro. *Cabal. milleloq. 138. Rot. Aven. decis. 145.* ¶ Adultera uxor perdit dotem, & etiam donationem propter nuptias, & paraphernalia. *Boer. decisio. 338. Marc. quæst. 513. Vincent. de Franc. decis. 184.* Quæ omnia marito applicantur. *Rom. singul. 315. Petr. Genar. sing. 84. vide Bart. consil. 96. vol. 2. in §. quia vero. Auth. ut liceat matri & aviæ, in §. si quando, Authent. ut nulli judicum. Bal. in l. 1. Cod. ad leg. Jul. de adult. & Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 287.* ¶ Conclusio limitatur, quando uxor commisisset adulterium de consensu viri, vel vir cum alia muliere etiam adulterium commisisset, aut vir post adulterium ipsam uxorem adhuc receperit, & reconciliaverit. *Boer. d. decis. 338. vide Vincent. de Franc. decis. 184. D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ gloss. super decreto, castratum. tit. de mulieribus fornicariis, num. 22. & Petr. de Raven. singul. 319. facit. l. viro 40. ff. solut. matrim.* ¶ Limitatur secundo quando mulier adultera habet patrem; tunc enim pater non amittit dotem propter filiæ adulterium: idem, si talis adultera haberet liberos ex primo matrimonio. *Boer. d. decis. 338. num. 5. & 6. vide Cabal. milleloq. 527. Papon. lib. 22. tit. 9. arrest. 5. Cassan. in consuet. Burg. tit. Des droicts, Rub. 4. §. 9. gloss 13. num. 20. & in tit. des ensans. §. 1. num. 8. Franc. Crement. singul. 87.* ¶ Limitatur tertio si maritus adulterii uxori occasionem dederit, aut ipsa uxor per vim illud commiserit, *vide Marc. quæst. 729. part. 2. & Abb. cons. 4. part. 1.* ¶ Confessio adulterii incidenter in inquisitione super furto facta, non præjudicat confitenti, ut ille puniatur eodem judicio, sed tamen prodest Fisco ad inquirendum in alio judicio. *Afflict. decis. 176.* ¶ Mulier inhoneste vivens, non gaudet privilegiis matrisfam. *vide Capic. decis. 44.*

Cap. XII. Maritus ad qua teneatur.

Maritus an debeat de uxoris adulterio conqueri, *vide Boer. decis. 298.* Et quomodo, *Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 482.* Maritus condemnata adultera ad fustigationem, illam liberare à pœna non potest per reconciliationem post sententem; secus ante. *Boer. d. decis. 298. num. 3. & 4. vide Papon. lib. 22. titul 9. arrest. 6. & 12.* ¶ Maritus celans crimen uxoris meretricis, dicitur patronus turpitudinis. *Franc. Marc. quæst. 513. n. 3.* ¶ Uxori accusatæ de adulterio maritus tenetur subvenire pro victu expensis litis, vel consentire ut fiat alienatio partis dotis. *Papon. lib. 24. tit. 6. arrest. 2.* ¶ Licet propter adulterium mulier amittat dotem tamen maritus tenetur eam alere. *Clar. in §. adulterium, vers. sed quid, si quis.* ¶ Maritus licet lucretur dotem tamen tenetur ad onera hæreditatis. *Pet. de Rav. sing. 292.*

Cap. XIII. Quando reconciliare possit.

Adultera, quam maritus reconciliare non vult, ad agendam pœnitentiam in aliquo claustro collocatur. *cap. 19. ext. de convers. conjug. vide Bart. in §. si vero aliquando, Authent. ut nulli judicum.* ¶ Quomodo uxor in veteri testamento se purgabat, si erat suspecta de adulterio, probari non poterat, *cap. in lib. 1. quæst 4.* ¶ Maritus quando possit sibi uxorem adulteram (etiam collocatam in Monasterio) reconciliare, *vide Bartol. in §. si vero. Authent. ut nulli judicum.* ¶ Pax habenda est cum marito, non cum uxore adultera, quia illi tanquam consentienti nulla fit injuria; sed marito. *Bart. consil. 175. vol. 1.*

Cap. XIV. Filius cujus dicatur.

An filius natus in domo mariti, & ejus uxore etiam si non sit mariti filius, nullis tamen extantibus probationibus, an præsumatur mariti legitimus. *Rol. à Valle consil. 11. tom. 4.* ¶ Matri asserenti filium non esse mariti, an credatur, *vide Boer. decis. 299.* ¶ Filius semper præsumitur natus ex matrimonio, licet mater interdum rem babuerit cum alio, quam cum marito. *Franc. Marc. quæst. 513. num. 18.* Quando natus est in domo. *Dec. consil. 289. vide Perillustr. D. P. Thessaur. decis. 3. & 4.* ¶ Bona fides mulieris operatur, ut natus ex ea, & conceptus ex semine viri, quem credebat esse suum maritum, reputetur legitimus, *vide observ. 11. Senat. Tholos. in decis. divers.* ¶ Filius non præsumitur esse alicujus is, qui natus est ex muliere extra domum morante, etiamsi constet illum cum dicta muliere rem habuisse. *Natt. consil. 205.*

Cap. XV. Meretrix prægnans, qua dicatur, & à quibus excusetur.

Meretrix, quæ non est tenenda in bona vicini, an è domo propria ejici possit. *D. Gaspar. Thesaur. quæst. Forens. quæst. 33. lib. 1.* ¶ Meretrix non dicitur neque pro tali haberi debet de jure, quæ amoris causa copiam sui fecit. *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 328.* Sed quæ dicatur meretrix, *vide ibidem.* ¶ In dubio ancilla præsumitur prægnans ex domini semine *vide decis 5. Senat. Pari. in decis. divers. fol. 291.* ¶ Quando stetur juramento mulieris asserentis se esse prægnantem ex semine alicujus, *vide Papon. lib. 22. tit. 9. arrest. 19.* ubi distinguit tres casus. ¶ Mulier inhonesta expelli potest de vicinia. *Vincent. de Franc. decis. 316. part. vide Lud. à Pegue. in suis quæstionibus crimin. cap. 12. Papon. lib. 22. tit. 9. arrest. 15. & D. Sol. in constit. antiq. Sabaudia fol. 185.*

Cap. XVI. Miscellanea.

Mulier adultera non potest relinquere per testamentum aliquid adultero, nec illum hæredem instituere. *Papon. libr. 22. titul. 9. arrest. 11.* ¶ Coram quo judice agatur de adulterio, & an talis causa sit mixti fori, *Franc. Marc. quæst. 513. num. 6. & 7.*

TITU-

TITULUS CCCXII.

De raptu virginum & mulierum, & contra.

Generalia.

DE pertinentibus ad materiam hujus tituli, *vide in observ. 84. Sena. Tholos. in decis. divers. fol. 274. Papon. lib. 22. tit. 6. Clar. in sua Pract. crimin. §. raptum. & Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 360. n. 30.*

Cap. I. Raptus, quid sit?

Raptus virginis est, quando per vim mulier rapitur, & traducitur de loco ad locum, sed si per vim virgo cognoscatur & non rapiatur, tunc est proprie stuprum, *Guid. Pap. sing. 1007.* ¶ Raptus est crimen legis Juliæ de vi publica, vel privata: fallit, quando aliquis fuit ad domum alicujus causa rapiendi, & neminem invenit, *Pet. de Raven. singul. 209.* Licet tunc etiam dicatur quis raptor. *Corset. in suis singul. liter. V. sing. vit.*

Cap. II. Quæ sit pœna, vel qui puniatur, vel non.

Osculum rapiens virgini invitæ, qua pœna puniatur, *vide Afflict. decis. 276.* Et vis illata in virgine præsumitur. *ibid.* ¶ Rapiens puellam nondum viri potentem, & tentans illam corrumpere, qualiter puniatur, *vide Guid. Papon. quæst. 535.* ¶ Raptus pœna quæ sit, & an rapere dici possit, raptusque pœna plectetur, qui volentem & consequentem è domo sua abduxerit, *vide Perillustr. D. P. Thessaur. decis. 217.* ¶ Quædam meretrix rapiens juvenem fuit combusta, ut testatur *Boer. decis. 317. num. 11. Pet. de Raven. singul. 288.* ¶ Pœna raptus ita habet locum in masculo, sicut in fœmina. *lib. 11. titul. 1. arrest. 4. & lib. 22. titul. 6. arrest. 4.* ¶ De raptu virginis potest transigi, tamen maleficium non remanet impunitum, *l. 3. C. quib. ex caus. serv. pro præm. liber. mere.* ¶ Pœna raptus est diversa secundum qualitatem ipsius. *Papon. lib. 24. titul. 10. arrest. 20.* ¶ Qua pœna puniendus sit ille, qui in via publica amplectitur aliquam mulierem invitam & acclamantem, illius pudicitiam attentando, *vide Lud. à Pegue. in suis quæstionibus cap. 7.* ¶ Raptus meretricis, an sit punibilis, *vide Lud. à Pegue. in suis quæst. crimin. cap. 43. num. 14. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 291. Mathes. sing. 101. Bart. in l. 40. ff. de furtis.* ¶ Circa hoc crimen, quæ observent Galli, *vide in libris placit. Curia lib. 12. tit. 7. de raptu, in decis. divers.*

Vel non.

In raptu, & si delictum ipsius sit atrocissimum, tamen si rapiens non coeat cum rapta, non erit locus pœnæ ordinariæ hujus criminis *Gram. decis. 2. n. 29.* ¶ Quando præcesserit tractatus matrimonii, raptus non est pœnalis *ibid. in fin.* ¶ Retinens mulierem causa libidinis circa viginti horas non tenetur; secus si ultra illas. *Bartol. in l. verum 40. ff. de furtis.* ¶ Raptorem associans non tenetur pœna raptus. *Vera. d. decis. 277. num 5.* Secus in præstantibus auxilium rapienti. *Lud. à Pegue. cap. 43. num. 12.*

Mors.

Vim committens armis, aliter quam virginem rapiendo, deportabitur, si sine armis, tertiæ partis bonorum publicatione damnatur: sed per vim virginem, vel Monialem rapiens, vel præstans opem, capite punitur. *§. item ex Julia lo. Instit. de public. judic.* ¶ Raptores de jure communi puniuntur pœna ultimi supplicii. *Joseph. Ludovic. decis. Luc. 12. num. 14. vide Franc. Marc. quæst. 2. & eundem Lud. decis. 19. ibid. Lud. à Pegue, in suis quæstion. cap. 42. Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 291. Mathes. singul. 101. Guid. Pap. sing. 569. cap. lex 36. quæst. 1. l. raptores. Cod. de Episc. & Cler. l. 5. §. fin. & l. 6. ff. ad leg. Jul. vi publica. §. si quis nupserit, Authent. de Sanctis. Episc.* Fallit, si non constiterit de raptu, nisi per confessionem rapientis qualificatam, continentem hoc fecisse de consensu ipsius mulieris, etiam hoc negantis: quia tunc rapiens punitur leviori pœna. *idem Joseph. Lud. d. decis. 19.* ¶ Laicus, qui Monialem rapuit, bonis Monasterio applicatis, capite plectitur. *Marc. q. 964 vide §. si quis rapto, Authent. de Sanctis. Episc.*

Cap. III. Quando remitti possit, vel non.

Raptus tacite potest remitti per dissimulationem, *Papon. lib. 22. titul. 6. arrest. 7.* ¶ Muliere rapta consentiente, pœna raptus ob id rapienti non remittitur, *Marc. de Mant. singul. 489.* ¶ Crimen raptus sponsæ dicitur civile; ideo cognitio spectat ad Judicem secularem: & licet de jure Canonico rapta possit nubere raptori, tamen ob id non tollitur pœna raptus ratione bonorum. *Franc. Marc. quæst. 2. part. 1. & quæst. 462. part. 2. vide Ægid. Magist. tractat. de appellation.* veluti ob abusum, *cap. 3. in decis. divers. fol. 217. & Papon. lib. 22. titul. 6.*

Cap. IV. Miscellanea.

Matrimonium hodie inter raptam & raptorem contrahi potest, ita permittente Concilio Trident. Quod intelligas dummodo mulier rapta separata sit à raptore, & in libertate constituta. *Lud. à Pegue. in suis quæstionib. crimin. cap. 42.* ¶ Testes si deponant Petrum cognovisse Bertam violenter, non probant vim esse Bertæ illatam à Petro, nisi aliud communis usus loquendi suadeat. *Mathes. singul. 102.* ¶ Socer agere potest de rapina sponsæ, & pater de inclusione, sive incarceratione filii sui. *leg. si confidis 3. Cod. ad legem Jul. de vi public.* ¶ Pendente quæstione raptus coram Judice laico, silet quæstio fœderis matrimonii coram Ecclesiastico. *Ægid. Magist. tract. de appellat.* veluti ob abusum, *cap. 3. in decis. divers.* ¶ Testis socius raptoris mulieris non repellitur à testimonio, quia ipse non fecit violentiam mulieri, & raptus non dicitur sine violentia. *Vera. decis. 277. part. 3.*

TITULUS CCCXIII.

De lenonibus & lenocinio.

QUid sit lenocinium, qui in lenocinii crimen incidant, & qua pœna lenones puniantur, fuse explicatur *per Lud. à Pegue. in suis quæst. crimin. cap. 15.* vide etiam de materia, *ibid. cap. 44.* ¶ Hi cadunt in legem Juliam de adulterio, qui aliquid pro comperto stupro accipiunt, *leg. 8. ff. quod metus causa.* ¶ Qua pœna puniantur lenones, *vide in antiq. constitut. Sabaudiæ tit. de lenonibus, & D. Sol. ibidem in suis comment.*

TITULUS CCCXIV.

De crimine incestus.

INcestum committens non nisi inter certas personas testari potest. *Vincent. de Franc. decis. 27. num. 6.* ¶ Pœna incestus an sit eadem quæ adulterii, *vide Vincent. de Franc. decis. 378. part. 2.* ¶ De pœna incestus, & quando quis excusetur, *vide per Bartol. in l. si adulterium 38. ff. ad leg. Jul. de adult. & Boer. decis. 318.* ¶ Committens stuprum cum incestu in duas sorores virgines, quæ erant eidem sorores consobrinæ ortæ ex duabus sororibus uterinis, fuit primo loco condemnatus ad mortem, postea reformata sententia per Concilium, fuit deportatus, & mulieres detrusæ in Monasterium, *Vincent. de Franc. d. decis. 378.* ¶ Incestum committens cum Monacha jure Civili pœna capitali punitur, jure Canonico excommunicatur. *Bart. in suo tractat. de different. inter jus Canon. & Civil. num. 83.* ¶ Incestus pœna quæ sit, tam quando cum ascendentibus, quam si cum

si cum descendentibus, vel transversalibus hoc crimen committatur, *vide Perillustr. D. P. Thessaur. decisio. 100.* ¶ Absolutio, seu gratia criminis adulterii incestuosi, à Principe seculari concedenda est. *Franc. Marc. quaest. 152. nnmer. 7. part. 2.* ¶ De hoc crimine, *vide etiam supra fol. 45. & 46.*

TITULUS CCCXV.

De falsa moneta, & delicto circa illam commisso.

Generalia.

DE materia spectante ad hunc titulum, *vide in l. 8. 9. ff. ad leg. Cornel. de fals. in l. 19. cod. tit. & l. 6. §. qui tum in moneta. ff. ad leg. Jul. peculat.*

Cap. I. Moneta falsa: Quod crimine dicantur.

Monetæ falsitas circa tria committitur: & nummum adulterinum cudens, læsæ Majestatis crimen incurrit, *Marc. quaest. 261. part. 2. & Capel. Thol. q. 177.*

Cap. II. qua requirantur.

Moneta facta ab habente potestatem, ut dicatur legitima & bona, debet esse talis in forma, qualis est in materia, deductis expensis cudendi. *Bart. ad leg. 19. ff. ad cor. de falsis num. 3. vide supra titul. de augmento, & valore aurei, &c.* ¶ In hoc crimine tria sunt notanda, nempe quemlibet teneri ad accusandum, condemnatum non appellare, & puniri eum, in cujus domo falsa moneta cudebatur, licet hoc ignoraret. *idem à Pegue. d. c. 46. num. fin. vide Marc. quaest. 262. part. 2.* ¶ In crimine falsæ monetæ adsunt plura specialia, *vide Franc. Marc. quaest. 261. part. 2.*

Cap. III. Monetam qui cudere possit.

Monetam cudere est de regalibus Principis: ideo Princeps solus potest facere, ut illa cudatur, & nemo potest hoc facere sine ejus auctoritate & privilegio, *Lud. à Pegue. in suis quaestion. crimin. cap. 46. Cassan. in consuet. Borg. tit. Des Justices, Rub. 1. gloss. 1. in verbo, adde.* ¶ Monetam mutandi, minuendi, aut augendi jus, ad Principem spectat. *idem à Pegne. d. cap. 46. n. 11. vide Cassan. in d. gloss. 1.*

Cap. IV. Quando dicatur falsa.

Moneta falsa illa dicitur, quæ fabricatur à non habente potestatem à Principe. *Bartol. in l. qui falsam 19. ff. ad leg. Corn. de fals.* ¶ Moneta, quæ non est legitimi ponderis, vel ligæ, falsa dicitur. *Marc. quaest. 87. part. 2.* ¶ Concesso etiam mero & mixto imperio, non censetur concessa cognitio, vel punitio criminis falsæ monetæ, quæ tacite censetur reservata in vim supremi dominii. *Vincent. de Franc. decis. 275. part. 2. Papon. lib. 5. titul. 8. arrest. 4.* ¶ Conductor emolumentorum & pœnarum criminalium, non habet bona publicata propter crimen falsæ monetæ. *Papon. libr. 13. titul. 9. arrest. 3.*

Cap. V. Quæ sit pœna, & qui puniri possit, vel non.

Magistri monetarum, qui cudunt monetam, qualiter puniantur, si falsificent monetam liga. ære, vel pondere, *Marc. quaest. 87. & quaest. 260. & seqq. part. 2.* ¶ Inquisitus de tonsione monetæ, qualiter puniatur, *Lud. à Pegue. cap. 46. num. 10. & Menoch. de Arbit. cas. 316.* ¶ Cudens monetam, si adhuc non impressérit imaginem Principis, an debeat puniri pœna mortis naturalis, cum non appareat delictum perfectum, vel alia pœna, *vide Gram. decis. 74. & Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 316. n. 23.* ¶ Monetam falsam cudens, aut falsificans. qua pœna puniatur, *vide Botr. decision. 257. numer. 12. Capel. Tholos. quaest. 16. in addition. Vincent. de Franc. decis. 401. part. 2. Lud. à Pegue. in suis quaestio. crimin. cap. 6. Marant. in suo spec. de ordin. judic. part. 6. titul. & pervenitur aliquando per viam inquisitionis, num. 185.* ¶ Socii & participes eorum, qui falsam cudunt monetam, eadem pœna puniuntur qua principales cudentes, & torqueri possunt, ut prodant consocios. *Lud. à Pegue. cap. 46. numer. 12.* ¶ Monetam extranei Principis falsificans, quomodo puniatur, *vide eundem Lud. à Pegue. cap. 46. numer. 15.* Si cudens sub nomine alterius Principis, an puniatur, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 316. num. 26.* ¶ Monetarii falsi Principem & Rempublicam lædunt. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 316. num. 49.* ¶ Prohibere qui potuit aliquem facientem falsam monetam, & non fecatit, tenetur pœna falsi. *Bartol. in leg. 9. ff. ad leg. Cornel. de fals.* ¶ Scienter expendens monetam falsam, tenetur pœna legis Corneliæ de falsis. *Capel. Thol. quaest. 162. in addit.* Et punitur arbitrio Judicis. *Rot. Avin. dec. 114. in decis. divers. vide Lud. à Pegue. in suis quaestionibus crim. cap. 46.* ¶ Expendens falsam monetam non tenetur crimine falsi, nisi scierit eam esse falsam. *Cravet. consil. 244.* Et tunc punitur, sed quomodo, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 316. num. 51. Bartol. in l. saccularii. ff. de extraord. crim. & in l. 19. ff. ad leg. Corn. de fals.* ¶ Judicis arbitrio punitur etiam expendens monetam veterem reprobatam. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas 316. n. 68.* ¶ Expendens falsam monetam, an sit falsarius, *vide Bartol. in l. elegauter 24. §. qui reprobos. ff. de pignor. act.* ¶ Falsam monetam penes se habens, vel expendens, punitur tanquam fabricator. *Vincent. de Franc. decis. 401. part. 2. vide constitut. antiq. Sabaudiæ in statutis editis super alienation. feudor. cap. 2. fol. 99. mihi.* ¶ Falsum facto committit qui falsam monetam cudit, & illam cudens, tingens, tondens & expendens, quatuor crimina committit, sed qua pœna puniatur, *vide Menoch. de Arbitrar. libr. 2. cas. 316.* ¶ Monetam bonam sua auctoritate cudens punitur falsi pœna. *Menoch. d. cas. 316. nnmer. 15.* ¶ Monetam reprobatam non expendibilem cudens, qua pœna puniatur, *vide ibidem nnmer. 19. & 22.*

Vel non.

Monetam falsam cudens, excusatur ratione minoris ætatis. *Menoch. cap. 316. lib. 2. de Arbitrar. num. 31.* Idem in monetam vilissimam cudente. *Menoch. dict. cas. 316. nnmer. 33.* ¶ Monetam falsam habens ludendi causa, non punitur. *Menoch. de Arbitrar. lib. 2. cas. 316. num. 62.* Sed quid in eo, qui in capsa falsam monetam habet, *vid. ibid. num. 64.* ¶ Emens bona fide nummos falsos, non tenetur pœna falsi. *Bart. in lege 9. ff. ad leg. Cornel. de fals. num 4.* ¶ Monetarium falsum accusans excusatur, licet non probaverit, *Menoch. de Arb. lib. 2. cas. 221. n. 27.* ¶ Condemnatus crimine falsæ monetæ non appellat, quod non procedit in eo, penes quem fuit reperta sed moneta, sed non constabat, quod eam cudisset. *Vincent. de Franc. decision. 351. part. 2.*

TITULUS CCCXVI.

Ad legem Corneliam de falsis.

Generalia.

DE crimine falsi, & de falsitate omissa per testes, & de usu ipsorum, *vide per Clar. in sua Pract. §. falsum.* ¶ De materia falsi, *vide in § item lex Cornelia. Institut. de public. Judic. & ibidem gloss.*

Cap. I. Falsitas, qua dicatur, vel non.

Falsitatis suspicio pro falsitate habetur, & pro plena probatione in civilibus, quoad tollendam fidem instrumenti. *Ozasc. decision. 117. num. 7. Marc. quaest. 697. Crav. consil. 28. num. 9. cons. 134. num. 26. cons. 349. n. 9. & cons. 315. in fin. Clar. in sua Pract. §. falsum. Dec. cons. 175. & cons. 180.* Natt.

Natt. conf. 633. vide Capic. decis. 13. num. 4. & 7. Sed hoc casu ex quibus conjecturis, & præsumptionibus suspicio falsitatis resultet, *vide eundem Ozasch. ibid.* ¶ Suspicio falsi in civilibus, an pro falsitate habeatur, & quando id locum habeat, & quid si post illatam torturam inquisitus fuerit absolutus. *D. Gasp. Thessaur. quæst. For. quæst. 47. lib. 1.* ¶ Falsi crimen est grave, & connumeratur inter atrociora delicta. *Joseph. Ludov. decis. Luc. 15. num. 31.* ¶ Falsi crimen est odiosum: ideo reus inquisitus de falso ante plenam cognitionem causæ, sub fidejussore relaxari non debet. *Magon. decis. Luc. 42.* ¶ Falsitas est mutatio veritatis, §. *1. Authent. de instrument. caut. & fid.* ¶ Falsificare literas Regias majus est delictum, quam uti falsis literis Regis. *Afflict. decis. 21.* Sed in utroque casu qualiter quis puniatur, *vide Boer. decis. 82. Gram. decis. 27. num. fin. Papon. lib. 22. titul. 12. arrest. 1. & seqq.* ¶ Taciturnitas est quædam simulata veritas, quæ censetur duplex falsitas. *Ægid. Bellam. conclus. 543.* Ideo veritatem occultans censetur falsarius. *Marc. quæst. 425. vide Bartol. in l. 2. C. si contra jus, &c. cap. 1. ext. de crim. fals.* ¶ Falsitas dicitur de criminibus, quæ occulte committuntur: ideo ad probandam ipsam falsitatem admittuntur testes alias inhabiles. *Cravet. consil. 65. num. 12.* ¶ Testimonii falsi signa sunt vacillatio, trepidatio & coloris mutatio. *Marc. d. quæst. 486. num. 27.* ¶ Distans à verisimili, est quædam falsitatis imago. *Gram. decis. 28. Joseph. Lud. decis. Luc. 13. num. 29. Cravet. consil. 28. Guid. Pap. sing. 809.* Ideo instrumentum continens non verisimile, non probat. *Cravet. consil. 134. num. 36.*

Vel non.

Si quis fecerit falsificare literas, vel præceptum Judicis, illud inferendo in actis, si ex hoc pars passa non fuerit damnum, tunc non dicitur falsitas punibilis, vel falsum levis erit, *Cravet. consil. 46.* ¶ Falsitas non est, si testis conjunctus producenti per Judicem interrogatus, neget se conjunctum, tamen ex quo est mendax, potest puniri de mendacio extra ordinem arbitrio Judicis, *Gram. decis. 43. num. 5. & Joan. de Arnon. sing. 78.*

Cap. II. Quibus modis intelligatur.

Falsarius à carceribus non est liberandus ob pacem & publicam lætitiam, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 302. adde supra in vers. remissio.* Et non comprehenditur sub generali indulgentia, & remissione Principis deliquentibus facta. *Menoch. ibid. cas. 306. num. 11.* Et statuto de carceratis relaxandis, nisi expresse dictum sit. *Marc. de Mant. singul. 16.* ¶ Statutum imponens pœnam producenti falsum instrumentum, debet intelligi, si falsitas sit nociva, vel apta ad nocendum. *Vera. decis. 214. part. 3.* ¶ Remissio criminum generalis, crimen falsi non includit. *Afflict. decis. 404. num. 22.* Et Nobilitas non excusat à crimine falsi. *ibid. num. 23.* idem supra dixit. ¶ Tria requiruntur ad esse falsitatis, nempe dolus, mutatio veritatis, & quod alteri falsitas sit nociva. *Afflict. decis. 404. num. 8. Joseph. Ludov. decis. Luc. 13. num. 5. vide Gom. Leo. decis. 21. in decis. divers. Natt. conf. 314. Bartol. in l. si mulier 21. §. si servus. ff. de actio. rer. amot. & consil. 199. volum. 1.*

Cap. III. Quando detegatur, arguatur, reddatur, inferatur, vel non.

Falsitas ex conjecturis detegi potest, & inter alias sequentes militant, si instrumentum esset rasum in data. 2. quando instrumentum antiquum reperitur scriptum nova litera, & in novo pergameno. 3. quando sermo mutatur. *Franc. Marc. quæst. 151.*

Arguatur.

Si instrumentum fuerit semel productum, & deinceps producens illud occultaverit, videns quod adversarius volebat ipsum instrumentum arguere de falso, quid juris, *vide Afflict. decis. 330. & Marc. quæst. 709.* ¶ Pars petens edi originale instrumentum, quod vult de falso redarguere, non cogitur declarare, in qua parte vult falsum dicere. *Capic. decis. 5. num. 10.* Sed an producens instrumentum teneatur exhibere protocollum, *vide Rot. consil. 44. vol. 1.* ¶ Testes instrumentarii, qui dicunt aliter scriptum, quam dictum instrumentum de falsitate arguunt. *Marc. quæst. 151. num. 5.* Atramenti diversitas argui facit falsitatem. *Vas. decis. 3. num. 14.* ¶ Falsitas instrumenti arguitur, quando testes in eodem descripti omnes sunt mortui, sed quid, si pars ipsorum vivens contradicat instrumento, *vide Cravet. d. consil. 28. num. 7. & Natt. conf. 114. Tom. 1. num. 8.* ¶ Pariter arguitur, quando in protocollo reperitur incisio alicujus folii. *Cravet. d. consil. 28. num. 8.* ¶ Falsitas argui potest in anno, indictione, ex qualitate chartæ, ex sigillo privilegii, & ex scriptura Notarii, *cap. 6. ext. de fid instrument.* ¶ Instrumentum qui dixit verum, an possit postea illud de falso arguere & probare errorem, *vide Guid. Pap. quæst. 131.*

Vel non.

Instrumentum, quo dicitur pretium fuisse datum, & numeratum, non redarguitur de falso, licet testes, qui interfuerunt instrumento, dicant quod nulla numeratio intervenerit: quia illa verba verificantur in actu ficto, *Bartol. in l. pradia 48. ff. de acquir. possess.* Tamen Notarius citra crimen falsi non potest describere verbum, numeravit (licet pecunia sit præsens) quando non vidit numerationem. *Natt. consil. 162. num. 15. Tom. 1. vide Bartol. in l. 5. C. si cer. pet.* ¶ Instrumentum contractus simulati de falso argui non potest: quia falsitas considerabilis non est in his, quæ partium voluntate fiunt. *D. Sol. decr. ad majorem. gloss. pen. num. 12. & 13. ibid.*

Inferatur.

Testes deponentes post decem & octo annos, se non fuisse examinatos, an reddant falsas attestationes, *vide Rot. Aven. decis. 33. in decis. divers.* ¶ Contrarietas ubi est inter testes utriusque partis, ut quia testes pro una parte dicant unum, & pro alia parte alii testes producti dicant contrarium, non ex hoc potest inferri ad falsitatem: nam potius dici potest repugnantia inter testes, quam falsitas. *Gram. decis. 60. vide Marc. quæst. 151. & eundem Gram. vot. 25. num. 14. & 17.* Et tunc non potest altera pars puniri, *Natt. conf. 392.*

Cap. IV. Quando præsumatur, vel non.

Duæ præsumptiones falsitatis sufficiunt ad hoc, ut instrumentum non probet. *Ozasch. decis. 117. num. fin. post Cravet. consil. 134.* Nam instrumentum facilius reprobatur, ne probet, quam ut falsum, arguatur. *idem Cravet. consil. 56. num. pen.* ¶ Testamentum non solemne factum præsumitur falsum, quoad pœnam Notarii; secus quoad alios effectus. *Franc. Mant. de conject. ultima. volunt. lib. 2. tit. 13.* ¶ Instrumentum præsumitur falsum, quando caret debitis solemnitatibus. *Vera. decis. 3. part. 2.* ¶ Instrumento falso utens in dubio falsitatis particeps esse præsumitur. *Franc. Marc. quæst. 700.* Et auctor *D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ gloss. 3. super decreto, ad majorem titul. de falsis fol. 173.* ¶ Privilegium, vel rescriptum non solitum concedi, præsumitur falsum. *cap. porrecta 6. ext. de confirmat. util. vel inutil.* ¶ Quando præsumantur testes scienter, vel ignoranter falsum dixisse testimonium, *vide Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 308.* ¶ Testis, qui celeriter, & repentine respondet, antequam totus articulus ei legatur, præsumitur falsum dicere. *Rom. sing. 450.* ¶ Falsum dolo commissum præsumitur in homine diligenter, & versuto, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 309. num. 10.*

Vel non.

Quando in facto ipso inest veritas, dolus abesse creditur, & falsitas: ideo quando Tabellio asserit intervenisse tres testes instrumento, & duo solum intervenerint, non ob id debet puniri pœna falsi ordinaria. *vide Gom. Leo. decis. divers. Tom. 2.* ¶ Temeritas, inconsideratio præsumitur, non falsitas, quando dolus abest: & quando ab instrumento removentur verba, & non mens, illud non est falsum, *idem Gom. Leo. dict. decis. 21.* ¶ Error in dubio præsumitur in Notario: fallit, quando Notarius omisit debitas solemnitates in testamento in scriptis condito: & tunc Notarius tenetur parti ad interesse. *Joseph. Ludov. decis. Luc. 13.* ¶ Potius præsumitur oblivio, quam falsitas, cum testes sunt contrarii, vel varii, maxime concurrente facti antiquitate: & factum antiquum non solum dicitur ultra decennium, sed etiam & in minori tempore. *Gram. d. decis. 60. numer. 15. Menoch. de Arbitr. cas. 26. Masc. de probat. oblivi.* ¶ Falsitas considerari non potest in scriptura omnino privato, quæ fidem nullam facit adeo ut pœnæ etiam extraordinariæ locus non sit. *Cravet. consil. 46.* ¶ Falsitas non præsumitur: ideo interpretatio facienda est, ut falsum non sit commissum, & præsumptio quælibet capienda est, ut falsitas evitetur, etiam verba improprianda. *Vera. decis. 3. part. 0. vide Raud. tractat. de Analog. cap. 31. num. 11.* Aut errorem potius præsumendo, quam malitiam. *Dec. cons. 175. & Natt. consil. 314.* ¶ In Notario in dubio potius præsumitur error, quam falsitas. *Gram. decis. 60. num. 6.* Nisi probetur dolus, *ibid. num. 7. vide Franc. Marc. quæst. 142. Raud. tractat. de Analog. cap. 31. num. 9. & Bartol. in l. 9. §. sed & si. ff. de hered. instit.* Ideo si reperiatur, quod plus scripserit, quam dictum fuerit, in dubio præsumitur potius per errorem, quam dolum scripsisse. *Guid. Pap. singul. 123. in addition. vide Boer. decis. 116. & Marc. quæst. 163. part. 2.* Nisi ex aliis circumstantiis contrarium appareat, *Joseph. Lud. decis. Luc. 13.*

Cap. V. Quando probetur, vel non.

Falsitas & corruptela testium, quomodo probentur, & an necesse sit utrumque probare, *vide Marc. quæst. 487. & Bartol. in leg. 7. §. cum hoc. ff. quibus in casibus in possess. cat. & §. quid. ibid.* ¶ Falsum probatur suspicionibus & conjecturis: quia probatio per conjecturas sufficit in his, quæ sunt difficilis probationis, *Natt. consil. 124.* ¶ De probatione fallitatis, *vide per Dec. consil. 615.* ¶ Conjecturæ vehementes, & tendentes ad eundem rei finem, probant falsitatem commissam: quia conjunguntur ad faciendam plenam probationem, maximè, quando agitur de falsitate civiliter. *Vera. decis. 207. part. 1. & decis. 4. part. 2.* ¶ Quando est discrepantia inter protocollum, & extensum, seu sumptum expeditum parti, tunc per ostensionem protocolli probatur. *Marc. quæst. 163. part. 2.* ¶ Quare si instrumentum de falso redarguente, protocollum debet exhiberi. *Guid. Papon. quæst. 10.* Sed à quo, & quando, *vide Papon. lib. 9. titul. 19. arrest. 4. & D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudia titul. de protocoll. exhibit. fol. 143.* ¶ Falsitas testium, an sit probanda ante sententiam, vel post, *vide Capel. Thol. quæst. 284.* ¶ Producenti instrumentum suspectum de falso incumbit onus probandi veritatem Instrumenti. *Ozasch. decis. 16.* Alias ille punitur. *vide Manunt. in suo Specul. de ordine judicio. part. 6. titul.* & pervenitur aliquando, *num. 148. fol. 294.* ¶ Quando testis deposuit se audivisse, quid dici ab alio, & ille, si quo dicit se audivisse, neget se dixisse, non ob id probatur falsitas contra testem. *Cravet. consil. 13.*

Cap. VI. Quando conjectaretur.

Conjecturæ plures falsitatis, & plura indicia indubitata, plenæ probationi æquiparantur. *Marc. quæst. 697. part. 1. vide quæst. 613. part. 2.* ¶ De conjecturis falsi resultantibus contra creditorem producentem falsum instrumentum, vel falsam apocham, & qua pœna ille debeat puniri, probata falsitate, *vide per Papon. libr. 9. titul. 10. arrest. 1.* ¶ Decem indicia falsitatis scribuntur contra Notarios, *per eundem Ludov. d. decis. 13. Luc.*

Cap. VII. Quando committatur, vel non.

Scedulam falsam actuario causæ dictans, falsum committit, *Marc. quæst. 697. num. 5.* ¶ Falsum nedum in dicendo, sed etiam omittendo committitur. *Marc. ibid. num. 25.* Et in tacendo. *Hareman. cap. 31. libr. 1. titul. de testib.* ¶ Testis, qui dicit se non recordari cum veritatem teneat falsum committit. *Marc. num. 28. quæst. 486.* ¶ Accipiens pecuniam, ut testimonium dicat, committit falsum, licet dixerit testimonium verum, nisi palam pecunia daretur. *Capel. Thol. quæst. 285. vide Marc. quæst. 487. part. 1. quæst. 798. part. 2. & Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 244. num. 6. & 310. Hippol. sing. 353. & Bart. in l. divus 33. num. 7. ff. de re judic.* ¶ Falsitatem committit etiam testis non juratus, tamen tunc non punitur pœna ordinaria, sed extraordinaria. *Joseph. Ludov. d. decis. 15. num. 74. & 75.* ¶ Notarius sigillans literas vacuas subscriptione, an committat falsum, *vide Nic. Boer. decis. 274.* ¶ Notarius variando falsum committit, & propter falsi suspicionem, an, & quando torquendus sit, *vide Marc. d. quæst. 165.* ¶ Quando falsificatur data instrumenti apposita alia data, committitur falsum: quia dicitur mutatio veritatis animo nocendi. *Franc. Marc. quæst. 671.* ¶ Falsum committitur quatuor modis traditis *per Joseph. Ludov. decis. 15. Luc. num. 9.* ¶ Si Notarius plura fecerit instrumenta falsa de eodem facto, solum semel dicitur falsum commisisse. *Boer. decis. 253. num. 4.* sed limita, *ut ibid.* Idem in producente plures testes falsos, vel plures scripturas, *Joan. de Arnono sing. fina. vide Bartol. in l. fin. ff. de tabul. exhib.* ¶ Quando Notarius persuasione, & dolo alterius commisit falsitatem, ob quam fuit carceratus, & passus damnum, poterit intervenire in causa cum Fisco, & agere civiliter ad interesse contra persuadentem. *Cravet. consil. 14.*

Vel non.

Falsitas commissa non dicitur à Notario, qui bona fide, cedula falsa acceptata, illam actis inseruit, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 309.* ¶ Falsitas sine commodo, & præjudicio committi non solet. *Guliel. Casse. decis. 10. titul. de prabend.* Ideo tunc cessat suspicio falsitatis. *Cravet. consil. 75. num. 17.* ¶ Falsitas committi non solet sine aliqua causa, & propterea non consideratur, ubi falsitatis causa nulla considerari potest: & dolus non solet committi sine animo lucrandi, & adversus personam non malivolam. *Cravet. d. consil. 75. num. 13.* Ideo falsitatis suspicio cessat, quando ex illa nullum quis reportat commodum. *Rol. consil. 38 numer. 36. & 38. vol. 1.* ¶ Falsum non committit Notarius apponens clausulam consuetam, licet de ea rogatus expressè non fuerit: ideo potest apponere clausulam codicillarem (etiam non rogatus) & instrumento obligationem bonorum. *Cravet. d. consil. 75.* ¶ Falsitas in re modica leve dicitur delictum, etiam quod dolus intervenerit, *Cravet. consil. 46. num. 12.* Quia falsum dolo commissum non præsumitur, quando de modica utilitate agitur. *Menoch. cons. 98. num. 28. vol. 1.* Imo falsitatis suspicio cessat in re modica. *idem Cravet. cons. 56. num. 14. & cons. 75. num. 16.*

Cap. VIII. Suspicio falsitatis, Quando inducatur, adducatur.

Falsitatis suspicio, quando resultat, vel ratione productionis, aut fabricationis, debet intelligi, quod producens,

ducens, vel fabricans talia instrumenta fuerit infamatus; alias non tenetur purgare. *Ozasch. dicta decis. 16.* ¶ Apostillatio adjudicationis facta à Judice manu propropria, an ex hoc solo (remota alia probatione) de falso suspecta reddatur, *vide Marc. quæst. 697.* ¶ Falsitatis suspicio inducitur ex ordinatione deviante à communi stylo Curiæ. *idem quæst. 741.* ¶ Clausulæ insolitæ in instrumento appositæ, fraudis suspicionem inducunt *ibid. Marc. numer. 2.* ¶ Cancellatio, vel rasura in loco substantiali instrumenti, reddit instrumentum suspectum. *Marc. quæst. 223. part. 2. vide Vera. decis. 3. num. 6. part. 2. Marant. de ordine judicio. part. 6. tit. & pervenitur aliquando, num. 148. fol. 294. & Natt. cons. 132. Tom. 1.* ¶ Quæ suspiciones possint adduci contra instrumentum ut reddatur de falso-suspectum, *vide Cravet. consil. 28. & cons. 73. num. 23. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 187.* ¶ Ex tarditate productionis instrumenti, suspicio oritur de falso contra producentem. *Cravet. d. consil. 28. num. 6. vide Natt. cons. 633.*

Cap. IX. Cessat.

Cessat suspicio falsitatis, quando quis virtute instrumenti, quod falsum allegabatur, longo tempore, stetit in possessione bonorum. *Cravet. consil. 65. num. 11.* ¶ Pariter cessat ex qualitate, & bona fama testium instrumentorum, & ex multitudine, & numero testium, qui deposuerunt. *Cravet. d. cons. 65. num. pen. & fin.* ¶ Falsitatis præsumptio cessat in eo, quod fit coram multitudine, veluti coram testibus testamentariis. *Cravet. consil. 75. num. 10.*

Cap. X. Quæ sint: reddantur falsa, vel non.

Falsitas in una parte capituli individui, reddit totum capitulum falsum. *Ozasch. decis. 117. num. 4.* Alias secus, *vide Rot. Avenio. decis. 53. in decis. divers.* ¶ Instrumentum si vitio Notarii sit in aliqua parte falsum, totum reputatur falsum. *DD. de Rot. decis. 3. alias 217. de fide instrument. in antiq. Rot. Avenio. decis. 33. in decision. divers. Natt. consil. 162. num. 16. Abb. consil. 99. part. 1. vide D. Sol. in constitution. antiq. Sabaudia gloss. 4. super decreto. ad majorem, titul. de falsis, fol. 174 Dec. consil. 318. num. 8. Bartol. in leg. si ex falsis, numer. 6. 12. & 14. Cod. de transact.* ¶ Instrumentum est falsum à quo removentur verba, & mens contrahentium: si autem removetur mens, & non verba, istud erit simulatum, & non falsum, si vero removentur verba, & non mens, non erit falsum neque simulatum. *Natt. consil. 132.* ¶ Confessio in parte falsa, an in totum reddatur falsa, *vide Rot. Genuens. decis. 26. num. 9. & 19.* ¶ Ad concordiam reduci debent dicta testium, ut falsum evitetur. *Cravet. cons. 260. vide Clar. in sua Pract. crim. §. falsum & Bartol. in l. 1. C. de usufruct. & habit. num. fin.*

Cap. XI. Suspecta.

Instrumentum habens additionem in margine quam Notarius non asserit sua manuscriptam, redditur suspectum. *Gram. decis. 106. num. 17. & 18. vide Cravet. cons. 88. num. 6. & 7.* ¶ Quæ suspiciones possint adduci contra testamentum ut reddatur suspectum. *vide Cravet. consil. 28. & Natt. cons. 124. Tom. 1.* ¶ Testamentum redditur suspectum, quando in protocollo non subsequuntur menses juxta solitum, sed præposterantur. *Joseph. Lud. decis. Luc. 13. num. 23.* ¶ Apostilla reddit instrumentum suspectum, quando legitime facta non est, secus si legitime. *Cravet. cons. 88. num. 6. & 7.* Sed quid si reperiatur scripta diverso atramento, vel diversa manu. *vide Crav. ibid. & consil. 134. num. 27.* Nam atramenti diversitas argui facit falsitatem. *Vera. decis. 3. part. 2. num. 14.* ¶ Instrumentum est suspectum de falso ob diversitatem scripturarum, vel manuum. *Ludov. Rom. sing. 339.* ¶ Instrumentum non probat, quando continet non verisimilia, sed dicitur suspectum, licet testes contra illud non deponant. *Cravet. cons. 75. n. 20. & cons. 134. n. 36.* ¶ Quando nonnulli testes contradicunt instrumento an, & quando illud reddatur suspectum, ut illi non credatur, aut reputetur falsum, fuse tradit *Cravet. cons. 36. & 75. vide Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 105. Rol. cas. 38. vol. 1. Natt. cons. 95. 96. & 124. Hippol. sing. 285.* ¶ In falsitate scripturæ maxime attenditur verisimilitudo, quia quod verisimile non est, est quædam falsitatis imago, ideo quando testis deposuit non verisimilia, dicitur suspectus de falso. *Cravet. consil. 28.* ¶ Notarius debet apponere instrumento clausulas consuetas, alias illud erit suspectum de falso, & ipse Notarius puniri poterit, *idem Corset. litera C. singul. consuetudo. vide Bartol. in l. Cod. de Episcop. & Cleric.*

Cap. XII. Qui accusare possit de falso, vel non.

In accusatione falsorum testium, est necesse accusare corruptorem. *Papon. lib. 22. titul. 12. arrest. 4.* ¶ Testes possunt accusari de falso cum parte ante conclusionem in causa, & proceditur in utraque causa, nempe civili, & criminali, tamen criminalis prius debet terminari. *Afflict. decis. 103.* ¶ Qui per errorem approbavit instrumentum falsum, vel sententiam latam ipsius prætextu, non prohibetur de falso accusare. *l. qui 11. ff. de exceptio.* ¶ Si Notarius accusarent de falso, non posset se defendere, licet probaret aliquos testes fuisse præsentes, quia poterunt esse præsentes, & non intelligere. *Bart. in l. diem 31. §. conam ff. de recept. arbit.* ¶ Notarius non potest de falso accusari, si scripserit in testamento, quod testator reliquerit filiæ jure institutionis, licet hoc testator non dixerit, sed solummodo relinquebat filiæ, non declarando quo titulo, *vide Cravet. consil. 75.* ubi placet. Sed quid si scripserit Notarius hoc modo, instituit Sempronium, & suos, & testes deponant nihil dictum fuisse de suis, *vide Cravet. ibid* Quo loci multa scribuntur pro excusatione Tabellionum, *& per Menoch. consil. 221. & cons. 248. lib. 3.*

Cap. XIII. Quæ sit pœna falsi.

De eo, qui dissigillat, & literas privatas aperit, & quomodo puniatur, *vide Franc. Marc. quæst. 738. & Clar. in sua Pract. §. falsum vers. aperient.* Sed quod in eo, qui scripturas acerat, comburit, & celat, *vide eundem Marc. quæst. 739. & Magò. decis. Luc. 25. num. 15.* ¶ Prohibitum est sub pœna falsi Secretariis Curiæ ostendere parti adversæ documenta, & alias scripturas traditas ad partem. *Franc. Marc. quæst. 20. & quæst. 490. part. 2.* ¶ De pœna privationis officii ratione falsitatis, *vide per Marc. quæst. 667.* ¶ Nuncius falsam relationem faciens qualiter puniatur *vide Guid. Pap. quæst. 44. num. fin. & Cabal. milleloq. 588.* ¶ Falsitas quando est in pecuniaria causa commissa pœna est arbitraria. *Joseph Lud. decis. 15. Luc. num. 79.* ¶ Testis falsum deponens super homicidio, punitur pœna amputationis manus, cum publicatione bonorum. *Ozasc. decis. 19.* ¶ Testes falsum deponentes, tam in causa criminali, quam civili, qua pœna debeant puniri, *vide Guid. Pap. quæst. 44. & sing. 363. quæst. 443 798. part. 2. & Papon. lib. 22. tit. 13. arrest. 1.* ¶ Quæ sit pœna falsi de jure communi. *vide Boer. decis. 82. Joseph. Ludov. decis. Luc. 15. Clar. in sua Pract. §. falsum, vers. quaro. Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 305.* Quæ de consuetudine, *vide Rebuff. in constit. Reg. gloss. 5. num. 110. in proœmio.* ¶ In hac Patria Pedemontana Tabelliones falsum committentes de jure punibile, amputatione pugni, confiscatione bonorum, & bannimento perpetuo puniuntur, ut habetur in constitutio. antiq. Sabaud. tit. de falsis Notariis. Sed quando decretum locum habeat, *vide com. D. Sol. ib. fol. 172. & f. 99.* sed ego secundum gravitatem causæ pœnam etiam augendum. ¶ Testes corrupti carent fide, puniendique

sunt

sunt, ut falsarii. *Mynsing. observ. 67. cent. 6.* ¶ Testis deponens negativam dicitur suspectus de falso, & puniri debet extra ordinem, idem, quando dicit se non recordari ea, quæ verisimiliter recordari debet. *Cravet. consil. 9. & Jul. Clar. in sua Pract. crimin. §. falsum.* ¶ Testis rusticus varius deponendo falsum coram diversis Judicibus, & si non debeat puniri pœna falsi ordinaria, potest tamen extraordinaria pœna pecuniaria puniri. *Magon. decis. 43. Luc.* ¶ Testis deponens falsum in judicio contra Fiscum, non debet puniri pœna capitali; sed pecuniaria; secus esset, si deponeret contra inquisitum. *Grammat. vot. 5.* ¶ Falsum si quis deposuerit in causa capitali, si ex illo fuerit quis ultimo supplicio affectus, punitur pœna mortis, secus si non fuerit secuta mors. *Joseph. Lud. d. decis. 15. num. 19. & seqq. vide Lud. à Pegue. in suis quæstionib. crimin. cap. 19.* ¶ Falsi pœna, in quam quis incurrit ob mutationem nominis, de jure communi est arbitraria, diversæ tamen pœnæ solent imponi. *id. Lud. d. decis. 15. num. 2. & 7. vide infra sit. proxim.* ¶ Rescriptum Papæ falsificans qualiter puniatur, *vide Afflict. decis. 404. & Guid. Pap. quæst. 455.* Sed quid de falsificante literas ipsius Delegati, *Gramm. vot. 25. numer. 9.* ¶ De pœna falsificantium rescripta, & eorum sigilla, *vide per Afflict. decis. 21. & Gram. vot. 25. num. 10. 9.* ¶ An falsitas, quæ nemini nocet, sit punibilis, *vide afflict. d. decis. 404. Cravet. consil. 46. Dec. consil. 615. & Felin. cons. 48. num. 21.* Quod arbitrarie hoc casu puniatur, *scribunt Afflict. d. decis. 404. num. 13. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 306. num. 19. 22. 23. & 30. Fel. consil. 48. num. 8.* ¶ Testimonium falsi testis, licet effectum non habuerit, nihilominus testis puniendus est; sed mitius. *idem Marc. q. 798. num. fin. part. 2.* ¶ Aliquando falsitas sine dolo commissa, punitur arbitrio Judicis, *vide Menoch. d. cas. 309. num. 7.* ¶ Notarius faciens falsum instrumentum, an possit ultimo supplicio condemnari, & quid de Magistro actorum, *vide Gram. decis. 27.* ¶ Notarii recipientes instrumenta à jure reprobata, qua pœna puniantur, *vide Guid. Pap. quæst. 433.* ¶ Qua pœna puniatur falsarius. *vide Afflict. decis. 404.* ¶ Falsitas non cadens in negotium principale, sed in accidentalibus, quomodo puniatur, *vide Magon. dec. 43. n. 24.* ¶ Falsitas commissa in re modici valoris non punitur pœna ordinaria; sed arbitraria. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 306. n. 36.* Et commissa circa accidentalia pariter non punitur pœna ordinaria; sed alia arbitraria, *ib. cas. 307.* ¶ Judicis arbitrio, & non pœna ordinaria, punitur falsarius, quando ex officio per inquisitionem contra illum proceditur. *ibid. cas. 313.* ¶ Falsis precibus, qui aliquid consequitur, qua pœna puniatur, *vide eundem Menoch. ibid. cas. 314.* ¶ Falsarius est is, qui falso utitur: sed quibus pœnis afficiatur utens falso, quando scienter, & quando ignoranter falso, uti quis dicatur, & quando renunciando usui testium a pœna falsi quis excusetur, *vide ibid. cas. 316.* ¶ Notarius scribens falsum instrumentum immunitatis ignis pœna punitur; secundum Roman. *singul. 385. & Corset. in suis singul. litera F. sing. falsum 1.* ¶ Statutum, si dicat, quod quis puniatur tanquam falsarius, non debet puniri pœna legis Corneliæ de falsis; sed alia pœna arbitraria. *Hippol. singul. 236. vide Bartol. in leg. 15. §. utrum ff. de reb. dub.* ¶ Crimen falsi cæteris est detestabilius, habetque specialia quædam, quæ non habent reliqua crimina: nam in hoc crimine ex confessione, etiam incidenter facta, puniri quis potest; in aliis criminalibus non. *Hippol. singul. 581.* ¶ Qua pœna puniatur jurans falsum in hac Patria, *vide in nostris ordinibus, tit. del giuram.* ¶ Quæ sit pœna falsificantium mensuras, *vide Bart. in l. modios 9. C. de suscept. lib. 10.*

Vel non.

Pœna falsi, quæ imponitur illis, qui sibi adscribunt in testamento, non habet locum in testamento nuncupativo. *Guid. Pap. singul. 236. vide Clar. in sua Pract. §. falsum, vers. ascribens Bart. in l. 1. §. ex illa. ff. ad leg. Cornel. de fals. & in quæst. 9. num. 13.* ¶ Rusticum à præsumpta falsitate excusari, & falsum sine dolo non committi, *scribit Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 194. num. 27. & 58.* ¶ Excusatur à pœna falsi ille, qui non est in dolo: item, quando illud, quod dicitur falsum, adjuvatur primordio veritatis, & quando falsitas nemini præjudicet, *vide Clar. in sua Pract. §. falsum, vers. excusatur. Menoch. cons. 221. lib. 3. facit. l. cum filius 78. §. hæres, de legat. 2.* ¶ Minor non punitur pœna falsi. *Rebuff. in constitutio. Reg. tractat. de restitut. art. 1. gloss. 4. num. 11. Tom. 2. vide in addition. ad Bart. in authent. sed novo jure. C. de servis fugit.* ¶ Quia falsum non committitur sine dolo, error, & temeritas non puniuntur pœna falsi. *Natt. consil. 72. Tom. 1.* ¶ Falsum ignoranter, vel errore commissum in facto alieno, aut proprio, in eo casu, quo præsumitur probabilis ignorantia, excusat à pœna. *Capic. decis. 67. num. 7.* Nam subjectum falsitatis est dolus, *Mago. decis. 43. Luc.* ¶ Falsi pœna non habet locum, nisi quis perseveraverit usque ad sententiam. *Natt. consil. 132. num. 8. Tom. 1.*

Qui puniatur pœna falsi, vel non.

An decretum Ducale disponens fieri facientes falsa instrumenta damnari amputatione pugni, & confiscatione bonorum, locum habeat adversus eum, qui persuasit alteri, ut falsum deponeret, *vide Ozasc. decis. 67.* Pro parte affirmativa *scribit Rand. tractat. de Analog. cap. num. 252. vide D. Sol. in constitut. antiq. Sabaud. fol. 172. titul. de falsis.* ¶ Testis falsum dicens ex malignitate, pœna falsi puniendus est; secus si errore. *Franc. Marc. quæst. 486. num. 5.* ¶ De supposita persona in locum mortuæ, quæ illius nomine testamentum fecerat, qualiter puniatur, quid de Notario, & aliis consentientibus, *Rot. Aven. decis. 107.* ¶ Instrumento falso, qui se usurum tanquam vero responderit, de usu, ac si fabricasset, puniendus est: quia falsum fecisse præsumitur, qui falso instrumento utitur. *Franc. Marc. quæst. 753.* ¶ Falsi pœna est puniendus, qui acta apostillata describi curavit. *Marc. quæst. 741.* ¶ Dictans falsum instrumentum punitur pœna falsi. *Guid. d. quæst. 433. & sing. 494.* ¶ Falsam scripturam faciens, licet illa non faciat plenam fidem in aliquo adminiculo, tamen punitur pœna falsi. *Fel. consil. 48. num. 9.* ¶ Testis, ut possit de falso puniri est necesse, quod appareat falsum deposuisse super facto principali, super quo consistit substantia negotii principalis, propter quod principaliter examinatur; secus super aliis, super quibus mentiens non potest dici falsum commisisse. *Gram. decis. 43. numer. 4. & decis. 60. num. 16.* ¶ Testis instrumentarius, qui consensit se instrumento falso describi, pœna, qua Notarius, punitur. *D. Sol. decret. ad major. titul. de fals. gloss. pen. num. 7.* ¶ Finis accusationis de falso contra testes est, ut ipsi puniantur, *Abb. consil. 16. part. 2. num. 5.* ¶ Testis laicus, qui falsum deposuit in causa matrimoniali coram Episcopo, potest puniri de illa falsitate per Judicem secularem. *Rol. d. consil. 12. num. 17.* ¶ Testis deponens falsum nulliter, an puniatur, *vide Roland. consil. 38. num. 22. volum. 1.* ¶ Testis alieni fori puniri potest (deponens falsum) à Judice coram quo falsum deposuit. *Roland. consil. 12. volum. 1. vide Bartol. in l. jubemus 24. C. de probat. & in l. nullum 12. C. de testibus.* ¶ Falso instrumento utens non tantum punitur, sicut utens falso Principis rescripto. *Afflict. decis. 41.*

Vel non.

Notarius si hodie instrumentum mutui recipiat, asseratque in sua præsentia pecuniam numeratam heri fuisse, de

de numeratione nihil probat: ideo licet falsum dicat, de falso tamen non punitur, quia loquitur uti privata persona. *Hippol. sing. 462.* ¶ Ubi Notarius scripserit aliquod verbum falsum in verbis narrativis per errorem, in quibus non consistit substantia negotii, & instrumenti, non erit falsarius, nec tunc possit puniri de falso. *Lanfr. de Oriano. sing. 41.* ¶ Notarius non potest puniri de falso ex eo, quod diversa, & varia exempla ejusdem instrumenti tradiderit, modo non sit mutata substantia. *Natt. consil. 314.* ¶ Statutum puniens Notarium scribentem falsum instrumentum, non habet locum, si Notarius fecerit falsam scripturam sine solemnitatibus requisitis in publico instrumento. *vide Rol. consil. 38. volum. 1.* ¶ Notarius ex pluribus indiciis falsitatis non potest condemnari de falso pœna corporali, sed alia pœna. *Joseph. Ludov. decis. Luc. 13. num. 50. vide eundem, decis. 15. ibid. num. 66. & 67. Rot. Aven. decis. 64. in decis. divers.* ¶ Consuetudo excusat à pœna falsi. *Mago. decis. 43. Luc. 29. vide Lud. Rom. sing. 384.* ¶ Non punitur, qui falsis literis non utitur, postquam fuit illi oppositum. *cap. inter 11. ext. de excessibus Prælato.* ¶ In libro proprio falsitas non est punibilis, sed quid in alieno, *vide D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudia, titul. de minoribus, gloss. 3. super decreto, quitationem, fol. 97. Natt. cons. 588. Roland. consil. 38. num. 45. volum. 1.* Tamen quod falsum committi possit in proprio libro, *scribit Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 306. num. 32.* ¶ In crimine falsi non punitur affectus, nisi sequatur effectus. *Joseph. Ludov. decis. 15. Luc. num. 44. vide Cravet. consil. 46.* Nam falsitas non apta ad nocendum, non punitur etiam extraordinarie; secus si sit apta, licet non nocuerit, *idem Joseph. decis. 5. Luc. num. 44. & seqq. vide Ven. decis. 5. part. 2. & Mago. decis. 43. Luc. num. 20.* ¶ Testis, qui verum deposuit, & in causa scientiæ assignavit sensum corporeum falsum, non ob id erit condemnandus pœna falsi. *Fel. cons. 48. num. 14.* ¶ Testis, qui in principio suæ depositionis deposuit aliquos adfuisse alicui actui, & in fine interrogatus respondit neminem fuisse præsentem, non potest puniri, sed quomodo salvetur ejus dictum, *vide Hippol. singul. 571.* ¶ Licet falsum dicatur in omittendo, sicut in committendo, tamen Notarius omittendo scribere in instrumento aliquid, quod fuerit dictum, & stipulatum inter partes, excusatur à pœna falsi. *Papon. lib. 2. titul. 8. arrest. 9.* ¶ Notarius faciens instrumentum nullum alio respectu quam falsitatis, non potest de falso puniri. *Afflict. decis. 21. numer. 12. Roland. consil. 38. num. 20. volum. 1. Gramm. decis. 27. & 74. num. 20.* Nam instrumentum nullum de falso redargui non potest. *Franc. Marc. quæst. 51. vide tamen eundem Marcum quæst. 669. Gram. vot. 25. num. 12. Menoch. de arbitr. libr. 2. cas. 306. num. 17. & 18.*

Cap. XIV. Qui non puniatur de falso.

Testis scienter deponens falsum ultra capitula, quia tunc non valet ejus dictum, non punitur de falso. *Gram. decis. 27. vide eundem, decis. 74. num. 19. & vot. 25. num. fin.* ¶ Testis deponens, & errans in aliquibus circumstantiis, non punitur de falso, imo ejus dictum valet. *Lanfr. de Orian. singul. 42.* ¶ Actorum Notarius, qui nonnihil illicitum scripsit, judice præcipiente, vel alio, an à pœna falsi excusetur, *vide Marc. quæst. 664.* ¶ Notarius & testes invicem contradicentes in civilibus & criminalibus, non puniuntur, licet neutri contra alium præstetur fides ad condemnandum accusatum. *Capic. decis. 94.* ¶ Contradicentibus testibus instrumentariis, nemo ex ipsis poterit de falso puniri, nec Notarius propter testes, nec testes propter instrumentum, *Gram. decis. 60. num. 4. & vot. 20. num. 16.* ¶ Producens instrumentum falsum ab aliis factum, si interrogatus respondeat se illo nolle uti, non tenetur de falso; secus si, ipso sciente, vel auctore, tale in instrumentum esset factum. *Papon. lib. 22. titul. 12. arrest. 6. & 7.* ¶ Crimen falsi non punitur, nisi fuerit consummatum, *Gram. decis. 74. num. 18.* Et illud non includitur sub generali indulto delictorum, *Gram. ibid.*

Cap. XV. Qui incurrat in pœnam falsi, vel non.

Literas non restituens ei, qui mandatum restituendi susceperat, incidit in crimen falsi: idem in abradente nomen alterius, & suum. *Bart. in l. Titio. 36. ff. ad municip. & de incol.* ¶ Testis contraria deponens incidit in crimen falsi, *Capel. Thol. quæst. 377. vide Marc. quæst. 486. & Mago. decis. 50. Luc.* ¶ Falsos testes & articulos producens, licet evitaverit usum, non propterea evitabit pœnam falsi. *Capic. d. decis. 67. num. 6. vide tamen ibid. num. fin.* Sed quid in instrumento, *vide Cravet. cons. 315.* ¶ Falsam ordinationem, qui in actis inferi præcepit, in falsum incidit. *Marc. quæst. 735. num 3.* ¶ Si testis prius dicat unum extra judicium, & deinceps in judicio dicat aliud, an incidat in crimen falsi, & qua pœna debeat puniri, *vide Boer. decis. 108. num. 5. & 10. Abb. consil. 52. part. 1.* Et contra, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 312.* ¶ Gabellarius, qui libros suarum rationum laceravit & combussit, an inciderit in crimen falsi, *vide Perillust. D. P. Thessaur. decis. 171.* Distingue ut ibi, ubi dicit in suo casu fuisse declaratum non esse locum inquisitioni. ¶ Vendens eandem rem duobus, incidit in pœnam falsi: sed alienans alio titulo, punitur pœna stellionatus, *vide Clar. in sua Pract. § falsum, vers. vendens.* ¶ Accusatione falsa dictans, incidit in pœnam falsi. *Marc. q. 902. part. 2.*

Vel non.

Simul dicitur fieri, quod fit eadem die, ad defendendum testes ne incidant in falsum. *Bartol. in l. in operis 29. ff. locati.* Adscribens se tutorem, aut fideicommissarium testamento, non incidit in crimen falsi legis Corneliæ. *Bart. in l. non 8. §. si quis sua manu. ff. de bonor. possess. contra tabul.* ¶ Instrumentis, aut testibus utens cum protestatione, quando pœnam falsi non incurrat, *vide Afflict. decis. 139.*

Cap. XVI. Qui teneatur de falso, vel non.

Celans testamentum, aut aliud instrumentum, tenetur crimine falsi. *Boer. decis. 287. vide eundem, decis. 393. Franc. Marc. quæst. 699. Rebuff. in constitut. Reg. tractat. de benef. cadav. custod. gloss. 4. num. 9. Tom. 2. l. 3. §. si quis, vers. & poss. ff. de tabul. exhib. & ibid. Bart.* ¶ Notarius, qui receperat instrumentum cum pacto de retrovendendo, non tenetur de falso, licet dederit instrumentum emptori, omisso pacto, & aliud venditori cum ipso pacto. *Papon. lib. 11. titul. 6. arrest. 2.* ¶ Judex revelans sententiam, quam laturus erat, tenetur pœna falsi *Jac. Ægid. in suo tract. num. 66. inter tract. Bart. fol. 174.* ¶ Si producens instrumentum impugnatum de falso, asserat se illo nolle uti, non ob id excusatur ab expensis, & interesse partis instrumentum impugnantis, & aliquando etiam tenetur pœna falsi, *vide Papon. lib. 9. tit. 10. arrest. 2.* ¶ Notarius negligens servare statutum, quod artem respicit, tenetur pœna falsi, & privatur suo officio, *Rot. Aven. decis. 107. in decis. divers.* ¶ Judex vel Notarius, qui patitur dicta testium videre ante publicationem, tenetur pœna falsi: idem in teste, vel alio revelante dicta ipsorum, *Jacob. Ægid. in suo tract. inter tractat. Bart. fol. 174. numer. 65.* ¶ Falsi pœna tenetur, qui non est Notarius, & pro Notario se gerit, *Capell. Tholos. quæst. 402.*

Vel non.

Suadens Tabellioni ignaro, ut quid contra fidem veri scribat obreptionis, non falsi tenetur. *Pet. Roy. decis. 4. Litua. num. 2. in decis. divers.* Nam excusatur à falso, quod

bona

bona mente & proposito fit; ream enim linguam, aut manum non facit, nisi rea mens, *idem Roy, decis. 5. num. 108.* ¶ Si tabellio circumventus contra fidem veri aliquid scripserit, falsi pœna non tenetur: quia falsum sine dolo non committitur, *Pet. Roy. decis. 2. Litua. num. 20. in decis. divers.*

Cap. XVII. *Qui sint effectus falsi.*

Utens falso teste perdit causam, *Afflict. decis. 189. in fin.* Item in producente falsum instrumentum, habetur *in libris placit. Curia lib. 12. tit. 5. cap. 4. de falsis, in decis. divers. vide Rot. Aven. decis. 50. ibid. & Papon. lib. 22. tit. 12. arrest. 5. vide tamen capic. decis. 67.* ¶ Pariter falsificans acta causæ, illam amittit. *Guid. Pap. sing. 72. & Bartol. in l. 3. C. si ex falsis testib. & in l. in fraudem 45. §. quoties. ff. de jure Fisci.* ¶ Falsitatem in causa committens, an illam amittat ipso jure, vel per sententiam, *vide Boer. decis. 281. Jaff. Lanfr. Balb. decis. 381. & Clar. in sua Pract. §. falsum. vers. item propter.* ¶ Procurator sine mandato speciali producens falsos testes, vel instrumenta non præjudicat domino, nisi ipse dominus interrogatus respondeat, & ratificet factum Procuratoris. *Capic. decis. 67. vide Ægid. Bellam. conclus. 694.* ¶ Producens testes, vel instrumenta suspecta de falso, si interrogetur, an velit illis, uti tenetur simpliciter respondere affirmative, vel negative, nec admittitur illa responsio, quod non intendit testibus, aut instrumentis uti, nisi in quantum illi verum dicant, vel instrumenta contineant veritatem. *Afflict. decis. 189. Rot. Aven. decis. 50. in decis. diverso. & Marc. quæst. 735. vide tamen Gasp. Cabal. milleloq. 850. & Natt. cons. 635.* ¶ Falsitatis suspicione stante (etiam post executionem) potest protestari Judici, quod non habeat rationem instrumenti extracti, donec summarie cognoscatur de dicta suspicione. *Joseph. d. decis. 13. num. 74.* ¶ Instrumentum si fuerit inter alios falsum pronunciatum, non propter hoc alteri præjudicat. *Abb. consil. 16. part. 2. numer. 6.* ¶ Falsitas in teste quando producenti præjudicet, *vide Bart. in l. si ex falsis. C. de transact.* ¶ Sententia lata contra Procuratorem, vel testem de falso, non nocet domino, aut producenti. *Bart. in l. 1. 2. & 3. C. de fid. instrument.* ¶ Testis falsus tres lædit, nempe Deum, Judicem & partem, *cap. 1. ext. de crim. falsi.* ¶ Sententia lata contra Notarium, qui instrumentum confessus fuerat falsum partibus non præjudicat, nisi duo Notarii confessi sint. *D. Sol. in constit. antiq. Sabaud. gloss. 4. super decreto, ad majorem, tit. de falsis Notar. num. 4.* Et contra, *ibid. num. 6. vide Guid. Pap. sing. 487. & Bart. in l. denunciasse 17. §. quæritur. ff. ad leg. Jul. de adulter.* ¶ Accusans testamentum de falso & succumbens perdit ea, quæ sibi per testamentum sunt relicta. *Bartol. in l. 2. C. de his quib. ut indig. aufer. hæred. Sed quando, vide l. §. ibid.* ¶ Falsum incidens an faciat supersedere in causa civili, *vide Afflict. decis. 229. Rol. cons. 13. vol. 2.* Et impediat possessorium, *vide Marc. quæst. 283. part. 2. & Bartol. in l. 2. C. de edict. divi Adrian. tol.* ¶ Falsitatis suspicione stante, potest inhiberi Notario, ne extrahat testamentum, donec cognoscatur de falsitate; & etiam missio in possessionem suspenditur. *Joseph. Lud. decis. Luc. 13.* ¶ Falsitas, quæ committitur contra id, quod non probat per se, non inducit pœnam falsi. *Fel. conf. 48. num. 22.* ¶ Tabellio condemnatus de falso instrumento ab ipso recepto, non potest amplius officium tabellionatus exercere. *D. Sol. in constitut. antiq. Sabaud. gloss. ultim. super decreto, ad majorem. titul. de falsis. fol. 176. & Bartol. in l. si quid 12. C. de susceptoribus. lib. 10.* ¶ Falsi crimen est gravissimum, famam & honorem vituperans, hominem ad nihilum redigens, maxime nobilem. *D. Sol. ibid. numer. 4.* Ideo in causa falsi torturæ locus est, *ibid. num. 10. & Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 306.* ubi de pœna. *Neviz. conf. 26.*

¶ Notarius faciens falsum instrumentum, & de falso convictus tenetur parti læsæ ad interesse. *Natt. cons. 545.* ¶ Clericus falsarius an degradetur, *vide Menoch. de arbitr. lib. 2. d. cas. 306. num. 7.* ¶ Falsarius an sit privandus feudo, *vide Afflict. d. decis. 404. num. 24.* ¶ Testi asserenti se corruptum & falsum dixisse, non creditur de jure; secus de consuetudine, quando ejus dictum confirmat in tortura. *Joseph. Lud. decis. Luc. 15. vide Marant. de ord. judic. part. 6. tit. & producuntur confessiones, n. 11. Dec. consil. 189. n. 6. & 10. Rol. cons. 73. vol. 1.* Secus si dicat se subornatum antequam deponat.

Cap. XVIII. *Qui possit uti instrumento falso.*

Alter ex consortibus potest uti instrumento, de quo alter fuit condemnatus de falso, licet & ipse possit accusari. *l. 2. C. de fid. instrument.* ¶ Qui renunciat usui instrumenti, tacite videtur fateri instrumentum falsum, nec postea poterit illud producere. *l. si adversarius 3. C. de fid. instrument.* ¶ Pœnitentia permittitur in crimine falsi, etiam in causa appellationis: ideo si quis falso instrumento usus sit in prima instantia, eum poterit in causa appellationis pœnitere, & dicere nolle uti. *Crav. d. consil. 46. num. 11.* ¶ De crimine falsi, & de illo, qui utitur falso instrumento, *vide per Clar. in sua Pract. §. falsum.* ¶ Falso rescripto utentem potest sine pœna pœnitere; secus in falsario. *Afflict. d. decis. 21.* ¶ Nullus potest apponere manum ad rescripta, vel privilegia, nisi Cancellarius & Officialis Curiæ, sub pœna falsi. *Afflict. d. decis. 404. num. 11.* Et in dubio præsumuntur rasa ab Officiali, *ibid. n. 12.*

Cap. XIX. *Instrumentum quibus modis valeat, vel non.*

Qui perdidit in actione falsi, non prohibetur dicere testamentum nullum, *leg. Lucius 50. ff. de petit. hæred.* ¶ Sustinetur instrumentum, licet Notarius scripserit pretium fuisse numeratum & testes dixerint non vidisse numerare, sed solum vidisse pecuniam super mensa, *vide Rot. Aven. decis. 65. in decis. divers.* ¶ Instrumenta Notarii condemnati de falso, non tenent. *Marc. quæst. 697.* Instrumentum falsum productum ab innocente, & ignorante, deinceps accusatum de falso, solum debet declarari nullum, absoluto ipso accusato ab accusatione, illo tamen condemnato in expensis, & interesse. *Papon. lib. 22. tit. 12. arrest. 9.*

Quibus modis reprobari, vel approbari possit instrumentum.

Instrumentum, quo sum usus, in aliqua causa productum ab alio contra me in alia causa, an possum impugnare, *vide Guid. Papon. qu. 503.* ¶ Quando testes contradicunt instrumento, quid juris, *vide supr. titul. de fide instrum. quibus testib. vel test. contradic. Menoch. de Arbitr. lib. 2 cas. 103. & Marc. q. 485. n. 19.* ¶ Testis unus ex necessariis facit vacillare fidem testamenti, sed de ratione, *vide Joseph. Ludov. decis. Luc. 13. num. 16. & 18. Marc. quæst. 297. part. 2.* ¶ Si testes instrumentarii contradicant instrumento, illud reprobatur, si duo contradicunt dicentes se non interfuisse, redditur falsum, nisi per alios testes approbetur. *Bartol. in l. §. si quis. ff. quemadm. testam. aperia.* Nam instrumentum per duos potest reprobari. *Rom. sing. 191.* ¶ Testes reprobantes instrumentū debent esse omni exceptione majores, & eorum dicta debent necessario concludere & reddere rationem. *Vern. decis. 100. seu 4. part. 2.* ¶ Quando possim pro parte approbare instrumentum, & pro parte reprobare, *vide Guid. Papon. quæst. 503.* ¶ Impugnatio scripturarum potest peti & concedi, etiam post lapsum terminum repulsæ. *Capic. decis. 68.*

Approbari.

Testes se referentes ad testamentum, dicuntur illud appro-

approbare, maxime si ipsum approbent in tortura. *Joseph. Lud. decis. Luc. 13. num. 8.* ¶ Testes si quid addant ultra contenta in instrumento, non ob id instrumentum reprobatur. *Abb. cons. 51. part. 1.*

Cap. XX. Testis falsus, falsarius, quis dicatur, vel non.

Falsitati- auctor habendus est is, qui apostillavit & scripturam interlineavit: non is, qui transumptum fecit. *Marc. quaest. 700.* ¶ Testis falsus pluribus modis quis esse potest, sed quando & quomodo puniatur, *D. Sol. in constitut. antiq. Sabaud. gloss. penult. super decreto, ad majorem, tit. de falsis. fol. 175.* Et à quo Judice, *Menoch. de Arbitr. lib. 1. quaest. 91.* Et quomodo possit accusari, *vide Rol. cons. 93. vol. 4.* ¶ Testis militiose, vel obscure loquens, aut omittens aliquid dicere, tenetur tanquam falsarius *Bart. in l. ea, qua 43. ff. de contrah. emp.* ¶ Falsarius dicitur, qui probationes occultavit: & Notarius protocollum celans, falsi poena tenetur, sed quando, *vide Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 311.*

Vel non.

Testis Universitate deponens in causa Universitatis, si interrogatus an sentiat commodum, responderit negative, non erit falsarius. *Bartol. in l. ex quacunque. ff. si quis in jus vocatus non ierit. in repet.* ¶ Testis non dicitur falsum deponere, quando ejus dictum potest aliqua interpretatione verificari, & ut salvetur, sufficit aliquid esse verum, vel non esse implicite. *Gram. vot. 26. num. 9.* Et semper est facienda interpretatio, ut falsum evitetur. *idem Gram. ibid. num. 12.* ¶ Testis dicens verum, tamen ex falsa causa scientiae, falso magis, quam falsum dixisse dicitur, & tunc veritas negotii excusat falsum deponentem, intervenientibus tamen notatis per eundem. *Mago. decis. 50. Luc.* ¶ Testes deponentes, quod Titius possedit semper & continue post mortem Sempronii, si in veritate possederit Sejus immediate post mortem dicti Sempronii, licet dictus successive possederit, quomodo salventur, *vide Capic. decis. 37.* ¶ Testis si dicat vidisse Titium possedisse per 30. annos semper, non dicitur falsus, licet probetur, quod Titius fuerit absens aliquo tempore. *Bartol. in leg. 1. num. 20. ff. solut. matrim.* ¶ Notarius, qui in actis dixit, Titius confessus est sponte, licet confessus fuerit in tortura, non est falsarius. *Bartol. in l. 1. §. si quis ultro ff. de quaest.* ¶ Perjurus non dicitur jurans falsum, quod credebat verum: quia error excusat à perjurio. *Cravet. consil. 65. num. 9.*

Cap. XXI. Quando credatur testi, vel non.

Licet testis addat aliquam falsitatem dicto suo non tangentem negotium principale (super quo deposuit) tamen valet ejus dictum ut probet. *Dec. cons. 163. num 10. Gram. decis. 43.* Sed quid si tangat, sed in modico, *vide Gram. ibid. num. 6. & decis. 103. num. 143.* Quid si jurasset dicere veritatem super omnibus, *vide Jaff. Lans. Balb. decis. 21.* ¶ Testibus duobus Notariis publicis magis statur, quam duobus non Notariis aliter dicentibus. *Gram. decis. 60. num. 10.*

Vel non.

Testi deponenti falsum in facto principali, non creditur tanquam perjuro: secus si mentiatur in accessoriis & non tangentibus negotium principale. *Nat. consil. 96.* ¶ Testes possunt quodammodo variare ex tractu temporis: quia memoria hominis est labilis, & non diuturna. *Gram. d. decis. 60. num. 9.* ¶ Testis vel Notarius dicens in articulo mortis se falsum dixisse, partibus non praejudicat. *Franc. Marc. quaest. 485. num. 10. Gom. Leo. decis. divers. Tom. 2. vide Bart. in l. generaliter 13. in repet. C. de non numer. pecun.* ¶ Producens testes, contra quos praetenditur falsitas, tenetur eos praesentare; alias eorum depositionibus nulla fides adhibetur. *Capic. dec. 60.* ¶ Testi in uno falso, in nullo creditur. *Cravet. consil. 9. vide Clar. in sua Pract. §. fin. quaest. 53. versic. sed quaero. Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 308. & Bart. in l. scribit. 36. ff. de auro, & argent. legat.*

Cap. XXII. De notario.

Notarius praefertur uni testi, & aequiparatur duobus. *Gram. decis. 60. num. 11.* Imo contra Notarium, & unum testem requiruntur quatuor testes ad reprobandum instrumentum. *Boer. decis. 116. circa fin.* ¶ Notarius si fateatur se instrumentum falsum conscripsisse, non nocet parti *Guid. Pap. quaest. 433. num. 3. & Boer. dec. 255. num. fin.* ¶ Quando testis negat se ita deposuisse, distinguendum est: aut tractatur de puniendo teste de falso, & hoc casu non plus creditur Notario, quam testi: aut tractatur cui plus credendum sit quoad fidem depositionis, & tunc plus creditur Notario. *Clar. in sua Pract. crim. §. fin. quaest. 53. versic. quintu, Natt. consil. 392. vide Rol. consil. 38. volum. 1.* ¶ Testis instrumenti deponendo se non recordari, non facit vacillare fidem illius; tanta enim fides est Notarii, quod illi credi debeat, de praesentia testis. *Capic. decis. 29. numer. 6. Abb. & Fel. in cap. cum Joannes, ext. de fid. instrument. Bald. & Castren. in l. in exercendis. C. de fid. instrument. & Bartol. in l. t. §. fin. ff. quem ad testament. aperia.* ¶ Quando testis asseñtit se aliter deposuisse, quam reperiatur scriptum, statur Tabellioni, si erat bonae vocis, & famae: alias statur testi. *Papon. lib. 9. titul. 1. arrest. 15.* ¶ Si agatur contra testem de falsitate, si ille dicat se aliter dixisse, quam scripserit Notarius, non statur dicto ipsius Notarii. *Capic. decis. 61. num. 5. vide eundem, decis. 94. Gramm. decis. 60. num. 18. Cravet. cons. 13. & cons. 74. num. 3.* Intellige nisi judex intervenerit cum notario.

Cap. XXIII. De Judice.

Judex secularis si perveniat, cognoscere potest super falsitate commissa per testes examinatos à Judice Ecclesiastico, etiam lite pendente coram illo. *Afflict. decis. 219. num. fin.* ¶ Clericus falsum coram Judice laico deponens, pet illum non punitur, sed remittitur puniendus ad Judicem Ecclesiasticum. *Rol. consil. 12. num. 34. vol. 2. Afflict. decis. 219. Capic. decis. 5. num. 13. vide eundem Capic. decis. 142. & Capel. Thol. quaest. 379. in addit.* ¶ Quando Notarius falsum commisit, Judex illi facultatem recipiendi instrumenta reservare non potest. *Marc. quaest. 900.* ¶ An in hoc crimine Judices poenam statutariam minuere possint, & qui, *vide eundem D. Sol. ibid. num. 12.* Et quid in hac Patria servetur, *ibid. num. 16.* Et an decretum Sabaudiae habeat locum in Patria Astensi, *vide ibid. num. 17.*

Cap. XXIV. Error quando reparari possit à notario.

Si instrumento testamenti fuerit erratum circa diei appositionem, probato errore, de mandato Judicis poterit Notarius reparare errorem, etiam instrumento jam in actis producto. *Guid. Pap. quaest. 130.* Nec tunc arguitur falsitas. *Cravet. consil 65.* Sed an, & quando error in instrumento possit corrigi, vel propter errorem possit instrumentum argui de falso, *vide eundem Guid. quaest. 131 & Bart. in l. quoties 9. §. sed si non, in addit. de hered. instituen.* ¶ Error Notarii, qui processit ex facto ipsius, ut in data, per ipsum potest corrigi, antequam parti expediatur instrumentum, *Guid. d. quaest. 331. in fine, vide Joseph. Lud. decis. 13. Luc. num. 7.* Secus post, sine Judicis auctoritate, *Abb. cons. 99. part. 1.* Et partis vocatione. *Marc. quaest. 664. num. fin.* ¶ Notarius, qui errorem suum correxit, sine Judicis licentia, punitur, *vide Marc. q. 671.* Sed leviter. *Crav. cons. 26. n. 8.* ¶ Notarius potest notam per se receptam extendere, & plus scribere in glossa, quam non erat scriptum in nota, sine praesumptione falsitatis.

Guid.

Guid. Papon. quæstion. 129. ¶ Notarius censetur rogatus, ut verba describat, quod ex illis voluntas disponentis sustineatur. *Crav. d. cons. 75.* ¶ Simplex, seu imperitus Notarius præsumitur potius errasse, quam falsum commisisse. *D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ gloss. 4. super decreto. ad majorem, titul. de falsis Notariis.* ¶ Notarius habet præsumptionem juris pro se: ideo liquidissime constare debet de falsitate contra eum opposita. *Crav. d. cons. 75. n. 8.*

Cap. XXV. Miscellanea.

Omissio scribendi solemnitates in testamento exigens pœnam falsi, non extenditur ad alios casus. *Afflict. decis. 21. num. 6. vide Rebuff. in constitut. Reg. tract. de litte. obligat. art. 4. gloss. 4. numer. 4. facit l. jubemus. 29. C. de testament.* ¶ Delectio libri privati non censetur dolosa, quia potuerit fieri ad alium finem, quam nocendi: tamen si nocuisset alteri, delens teneretur ad interesse. *Raud. tract. de Analog. cap. 31. num. 8.* ¶ De exceptione rasuræ, vel interlineaturæ appositæ in literis, *vide Marc. quæst. 164. part. 3.* ¶ Notarii fuga an probet contra producentem instrumentum, *vide Boer. decis. 255. num. fin.* Ubi tenet non nocere, nisi ad suggestionem vel mandatum producentis Notarius aufugisset, Boerium sequitur D. Sol. *in dd. comment. gloss. 4. super. decreto, ad majorem, tit. de falsis Notariis. num. 6.* ¶ De illo, qui asserit se eo die, quo reperitur obligatus, fuisse in alio loco, *vide per Rot. Aven. decis. 91. in decision. diverso.* ¶ Falsum contractum dicens ad finem reassumptionis, non debet declarare speciem falsitatis, sed capitur informatio super concernentibus reassumptionem. *Capic. decis. 79.* ¶ Falsi crimen præscribitur spatio viginti annorum: fallit favore Ecclesiæ, *vide Ludovic. Roman. singul. 185.* ¶ Corrumpens testes; qui per ipsos convincitur de corruptione, potest torqueri, sed si sustinuerit in tortura contrarium, an debeat absolvi, vel condemnari *Papon. libr. 22. titul. 13. arrest. 2. & seqq.* ¶ Corruptor testis non erit liberatus à pæna corruptionis, licet usus non fuerit dicto testis corrupti. *idem ibidem arrest. fin.* ¶ Oponens de falsitate per modum exceptionis, non tenetur se inscribere ad pœnam talionis. *Cravet. consil. 28. num. fin. D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ gloss. super decreto, item, num. 14. tit. de protocol. exhibit. fol. 143. vide tamen. Guid. Papon. singul. 495.* ¶ Principalis Notarius (veluti Secretarius omni suspicione falsitatis cessante, potest signare instrumentum, de quo alter ex substitutis de Curia rogatus fuerat, ac si ipsemet fuisset rogatus. *Mobed. decision. 347.* ¶ Notarius senex jurans se non recepisse instrumentum quod juvenis receperat, an sit periurus, *vide Boer. decis. 292. num. 6. & Bartol. in l. qui 4. C. de edendo, in additio.* ¶ Ratificatio falsitatis mandato æquiparatur, quod procedit, si nomine ratificantis falsitas commissa sit, & in terminis juris communis; secus si de pœna statuti agatur. *D. Sol. in constitution. antiq. Sabaudiæ gloss. pen. super decreto, ad majorem, titul. de fals. fol. 175.* ¶ Falsum quando possit per viam exceptionis, & per viam accusationis cognosci, *vide Bartol. in l. cum quidam 20. C. de fide instrument.* ¶ Redarguenti privilegium de falso, illud debet exhiberi, sed interim statur sententiæ latæ pro privilegio. *cap. accepimus 4. ext. de fid. instrument.*

TITULUS CCCXVII.

De mendacio.

Mendacium non nisi in casibus à jure expressis puniri, scribit Menoch. *de Arbitr. libr. 2. cas. 276. num. 8.* Sed quando puniatur, *vide Hartman. cap. 11. titul. miscellanea libr. 1.* ¶ Ille, qui in judicio aliquid negavit, si convincatur de mendacio, quibus beneficiis propter mendacium privetur, *vide Roland. cons. 88. volum. 4.* ¶ Mendacium in supplice libello deprehensum non leviter animadversum; legitur *in libris placit. Curiæ libr. 12. titul. 2. de dolo malo, in decision. diverso.* ¶ De fide mentita qualiter agi possit, *vide Guid. Papon. singul. 449.* ¶ Si reus neget se rem possidere, & probetur contrarium actor mittitur in possessionem ipsius rei in odium mendacii, *idem Guid. singul. 609.* ¶ Mendax in dubio non præsumitur in dolo, nisi mendacium tendat ad sui utilitatem. *Pet. de Raven. singul. 297.* ¶ Dicens mendacium cum juramento super interrogatoriis sibi factis in causa Fiscali, à Judice, an puniatur de perjurio, maxime si sit minor, *vide August. Boer. quæst. 134.*

TITULUS CCCXVIII.

De nominis mutatione.

Falsitatem etiam in nominis mutatione committi posse, scribit *Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 318.* Tamen regulariter cuilibet licet sibi nomen mutare absque fraude. *Menoch. ibidem vide observat. 12. Senat. Thol. in decis. diverso. fol. 253. & Bartol. in prima constitution. ffoгum in proœmio. §. not vero: facit l. 2. C. de nomen. & actua. libr. 12.* ¶ Quando soleant nomina mutari propter novam ademptam dignitatem, & in quibus personis, *vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 318.* ¶ Nomen ut immutaretur, hæreditates consuevisse relinqui, *tradit idem Menoch. ibidem numer. 14.* ¶ Nomen sibi mutans per fraudem punitur, sed quando quis dicatur sibi nomen mutare in fraudem, *vide Menoch. d. cas. 318. num. 19.* Et quid quando in contrahendo quis mutat sibi nomen, *vide ibidem num. 24.* ¶ Judicis arbitrio puniri eos, qui fraude alterius nomina sibi assumunt, habetur *ibidem num. 23.* Et mentiens se alterum asserens punitur, *ibidem num. 9.* ¶ Exempla egregia multorum qui ob formæ, & vocis similitudinem se alios esse falso asserverunt, scribit Menoch. *d. cas. 518. num. 30.* ¶ Mutatio nominis est species falsitatis. *Clar. in §. falsum vers. mutatio.* ¶ Delens nomen meum, & suum ascribens, tenetur pœna falsi. *Rebuff. in constitut. Reg. tractat. de litte. oblig. art. 4. gloss. 4. num. 6.*

TITULUS CCCXIX.

Ad legem Juliam de annona.

Deprehensus in via exportare annonam an, & quando puniatur, *vide Franc. Marc. quæstion. 239. part. 2.* ¶ Bladum emens causa revendendi punitur pœna viginti aureorum de jure communi, sed qoid de consuetudine, *vide Clar. in sua Pract. crim. §. fin. quæst. 80.* ¶ Statutum jam conditum, & nondum publicatum ligat contravenientes in fraudem ipsius statuti, quod exemplificatur in vendente carius granum, vel illud evehente extra Patriam contra formam dict. statuti. *D. Sol. in constitution. antiq. Saubaudiæ in proœmio gloss. 4. num. 7.* ¶ Pretium grani in mercatis majus offerentes, quam sit commune, puniri possunt pœna criminis stellionatus, *idem D. Sol. ibidem super 1. parte decreti, census, tit. de censu. solut. fol. 46. Franc. Marc. quæst. 539. num. 4. & quæst. 280. part. 2. vide ibid. 395.* ¶ Per Dominum prohiberi potest tempore necessitatis evectio annonæ, & hospitibus, ne illi eant obviam adferentibus victualia in civitatem ad illa emendum ante ingressum ipsius civitatis. *D. Sol. ibidem*

¶ Annonam corruptam vendens qua pœna puniendus sit, *vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 382.* ¶ Judicis arbitrio puniri exportatores annonæ, vel qui eam tantisper supprimunt, ut illam carius vendant, scribit idem Menoch. *ibidem cas. 384.* ¶ Præceptum pœnale, per quod interdicitur emptio frumenti in foro gratia quæstus, & negotiationis ex causa, valet, veluti si immineat annonæ caritas, & pœna auferri; & exigi potest contrafacienti. *Natt. consil. 21. Tom. 1.* ¶ Annona tenui existente, ne illa carius vendatur, Communitas pretium statuere potest. *Francisc. Mart. quæst. 290. part. 12.* ¶ De pœna eorum, qui Provinciam discurrunt blada congregando, & in horreis collocando, ut carius vendant, *vide per Marc. quæst. 539. & l. annonam. 6. ff. de extraord. crimin.* ¶ Frumentum collectum in una Civitate pro futura necessitate in alium usum, quam destinatum, converti non debet. *Franc. Marc. quæst. 539. num. 3.* ¶ Annonam emere in magna quantitate; non nisi cauponib. & hospitibus est permissum. *Marc. d. quæst. 539. num. 18.* ¶ Fures publicæ annonæ, ultra bonorum publicationem, deportantur. *idem Marc. quæst. 540* ¶ Caritatis tempore, ut annonæ provideatur, divites, & pauperes collectantur, quo casu collecta imponi potest ad frumentum emendum. *idem Marc. quæstion. 541.* ¶ Decuriones non coguntur frumentum vilius vendere Civibus, quam annona exigit. *l. non 8. ff. ad municip. & de incol.* ¶ Vide de materia *in §. final. Institut. de public. judic. & ibidem gloss.*

TITULUS CCCXX.

Ad legem Juliam de ambitu.

AMbire quid sit, qualiter ambitio de ambitu descendat, quibus legibus prohibeatur, & de materia, *vide per Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 401.* ¶ Et ambitio quot mala pariat, *vide ibidem cas. 403.* ¶ Lex Julia de ambitu habet locum quatuor in casibus, de quibus *vide per gloss. in §. sunt præterea. Institut. de public. judic.*

TITULUS CCCXXI.

Ad legem Juliam peculatus.

DE hoc crimine, quando locum habeat, & de materia, *vide per Papon. libr. 22. titul. 2.* ¶ Sacrilegus est offendens rem, personam Ecclesiasticam, *cap. 7. ex. de reg. jur.* ¶ De multiplici genere sacrilegii, & de illius vide *cap. quisquis. 17. quæst. 4.* ¶ Quando committatur sacrilegium, & de ejus pœna, *vide per Boer. decision. 254.* ¶ De materia, *supra titul. de sacrileg.*

TITULUS CCCXXII.

Ad legem Juliam repetundarum.

LEx Julia repetundarum habet locum, quando Judex per pecuniam facit aliquid vel omittit: pœna autem hujus legis est quadrupli. *gloss. in §. fin. Institut. de public. judic.* ¶ Qui intercedit pro Officiali simpliciter, videtur intercedere pro interesse, non pro pœna ex maleficio procedente, *l. fidejussores 60. ff. de fidejuss. & mand.* ¶ Officiales plures si commiserint fraudem, omnes tenentur ad quadruplum, non tamen insolidum. *Bartol. in l. qui 8. Cod. de jure Fisci, libr. 10.* ¶ Officiales delinquentes in officio, *vide Capic. decis. 121. & supra tit. de pœna Judicis, &c.* ¶ Condictio ex lege contra nuncios, seu executores, qui nomine sportularum majus salarium habuerunt, ad quid detur, *vide Jas. de action. §. omnes autem, ver. quadrupli.* ¶ Milites potestatum suo officio abutentes puniuntur, *Jas. ibidem num. 3.* ¶ Vide de materia, *supra d. titul. de pœna Judicis, &c.*

TITULUS CCCXXIII.

De furtis, & pertinentibus ad illa.

Cap. I.

FUrtum in magna re dicitur grave delictum, & quando alias aggravetur, *vide Abb. cons. 25. part. 1.* Tamen furtum non est crimen publicum. *Bartol. in l. cum servus 15. ff. de condiction. caus. dat.* ¶ Furtum jure Canonico sumitur pro qualibet injusta detentione, secus de jure Civili. *Bartol. in suo tracta. de different. int. jus Canon. & Civil. num. 18.* ¶ Furtum an sit casus fortuitus, *vide gloss. in l. 1. C. depositi, & in l. 3. §. sed, & si ff. nautæ, caupones, stabul.* ¶ Furtum unum magnum æquiparatur tribus, *vide Boer. d decis. 173.* Sed, an tunc fur debeat pati pœnam mortis, *vide Franc. Marc. quæst. 6. part. 2.* ¶ Res pignorata creditori surrepta per debitorem, efficitur furtiva, & in usu capibilis respectu creditoris, *l. fin. ff. pro soluto.* ¶ Aliud est damnum, aliud est furtum, damnum enim est cum rei corruptione furtum cum rei amotione, *l. si servus 27. §. si olivam, ff. ad leg. Aquil.* ¶ Furtum unum, vel plura, quomodo discernantur, *vide Boer. decis. 219.*

Cap. II. Quando præsumatur, probetur, vel non.

Furtum præsumitur factum culpa custodis, nisi sit factum in loco, qui bene custodiri non potest, quia tunc per rerum naturam culpa probatur abesse. *Henric. Boer. in suis singularibus titul. præsumptio, & factio 7.* ¶ Furtum probatur ex fractura ostii noctis tempore facta, si res in eo loco ante fuisse probetur. *Rot. Gennen. decision. 113.* ¶ Probatio per conjecturas in casibus clandestinis (veluti in furto) dicitur manifesta. *Pet. Gerar. singul. 8.* ¶ Furtum, an probetur per acclamationes factas in domo de nocte ad vicinos, *vide ibidem.* ¶ Furtum quomodo probetur, *vide Natt. consi. 407.* ¶ Allegando rem sibi traditam ad vendendum fuisse furto surreptam, ad liberationem tenetur probare furtum sine ejus culpa contigisse: quia furtum sine culpa non committitur. *Magon. decis. 8. Luc.*

Cap. III. Quando committatur, vel non.

Depositarius utendo re deposita committit furtum. *l. 3. C. depositi, & l. 29. eodem.* Sed quando, *vide infra titul. depositi.* ¶ Instrumentum occultans, an falsum, vel furtum committat, *vide eundem Boer. decis. 292.* ¶ Furtum in rebus hostium, & proscriptorum, an committatur, *vide d. decis. 3. num. 279.* Et licitum sit in illis furari, *vide l. 2. C. de commert. & mercato.* ¶ Quæ requirantur ad hoc, ut furtum committatur, & quomodo quis (etiam si contrectet rem alienam) excusetur à furto, *vide Crav. cons. 260.* ¶ Licet inquisitus simpliciter confessus esset se furtum commisisse, tamen talis confessio non noceret, nisi primum probatum esset furtum vere commissum. *Crevet. d. cons. 51. volum. 1.* ¶ Furtum sine contrectatione committi non potest. *l. Procurator 55. ff. mandati.* Quia non contrahitur animo, sed ipsa contrectatione, qua dominus privatur sua possessione, & actio furti quæritur, *l. 3. §. si rem. ff. de acquir. vel amit. possession.* ¶ Furtum committitur etiam in uno ovo, tamen eo in

casu

casu pœna minuitur. *Pet. Genur. singul. 19. Joseph. Ludovic. decis. 1. Luc. num. 28.* Et furandi consuetudo non valet. *ibidem Joseph. decis. 1. num. 41.* Procurator falsus, & creditor non verus scienter accipientes indebitum, quando committant furtum. *Bartol. in l. si Procuratori 14. ff. de condict. caus. dat. facit l. quoniam 18. de condict. furt.* vide etiam legem, *hac 3. §. nam. ff. de donatio. int. vir. & uxor.* ¶ Retinendo quis pecunias forte inventas, & in usus suos convertendo, furtum committit: quia si ignorabat amissorem illas Episcopo consignare debuerat, sed quando, & qualiter amissor agat contra inventorem, *vide Cravet. cons. 269. Guid. Papon. singul. 227. & Ant. Trigo. singul. 29.* ¶ Si pro pignore constituto aliud submittatur, furtum committitur pro utroque debito: secus si in constituendo aliud pro alio submittatur: quia tunc stellionatus crimen committitur, *l. si quis 36. ff. de pign. actio.* ¶ Furtum in dubio præsumitur committi culpa ejus, cui res subtracta. *l. cum duobus 52. §. damna. ff. pro socio.* ¶ Furtum committitur, quamvis fur habuerit animum restituendi. *arg. §. furtiva, d. l. 7.*

Vel non.

Furari intendens quandoque furtum non committit. *gloss. in cap. si quid. 14. quæst. 5.* ¶ Possessor bonæ fidei ab initio, si postea contrectet, non committit furtum. *Bart. in l. 4. de aliena. mutau. judic. caus. fac.* ¶ Furtum nunquam committitur sine dolo: ideo aliquando quis potest excusari, *vide Bartol. in l. merito. 51. ff. pro socio.* ¶ Furtum sine affectu furandi, non committitur. *§. furtum, institution. de usucapio.* ¶ In rebus soli non committitur furtum. *§. quod autem Institut. de usucapio.* ¶ Transiens per terram si equum suum pabulare voluerit ad refectionem, hoc permittens non punitur. *§. fin. tit. de pace tenenda in usib. feud.* ¶ In violentia compulsiva furtum non committitur; secus in ablativa. *l. si tum 14. §. vim. ff. de eo, quod met. caus.*

Cap. IV. Qui furari possit, vel non.

Famulus, cui dominus mercedem persolvere denegat, subtrahere pecunias, & res domini potest impune. *Ozas. decision. 68. num. fin.* Sed quando, *vide Joseph. Ludovic. decision. Luc. 1.* ¶ Si quis potens detineat rem meam, & ego Judiciali auctoritate non valeam illam recuperare, an possim jure Poli aliam æquivalentem furari, *vide Cabal. milleloq. 613. Cassan. in consuetut. Burg. tit. des Justices Rub. 1. §. 5. gloss. 3. num. 32.* Quo loci scribuntur casus, in quibus licet furari. ¶ Licitum est perdenti impune furari aliquid vincenti, & tenenti barateriam in domo. *Corset. in suis singularib. lit. F. singul. 1.* ¶ Non licet furari pecuniam redactam ex re furata. *l. 38. §. si servus. ff. de noxal. actio.*

Cap. V. Furtum. Qui faciat, vel non.

Consumptio rei alienæ, etiam traditæ consumenti ad alium finem, furtum facit. *Cassan. in consuetudine Burg. tit. des Justices Rub. 1. §. 5. gloss. 1.* Ubi plene in quibus casibus committatur furtum. ¶ Furtum facit qui messem exportat ex prædio alieno, vel etiam ex communi, maxime post factam divisionem. *Natt. cons. 31. Tom. 1.* ¶ Malæ fidei possessor percipiendo fructus per se facit furtum; secus si percipiat per alium, qui sit bonæ fidei. *Bartol. in l. sequitur 4. §. fructus ff. de usucapio.* ¶ Columbos capere in columbario alieno, furtum est. *Guid. Papon. quæst. 218.* ¶ Creditor, qui rem sibi oppignoratam aufert non videtur rem contrectare; sed pignori suo incumbere. *Bartol. sing. 46.*

Cap. VI. Cui liceat perquirere, recuperare.

Furtum factum perquirere, an liceat in domo cujuslibet, sint diversæ opiniones, tamen *Boer. decision. 174.* concludit pro affirmativa, dummodo inquisitio fiat de mandato Judicis, *vide Papon. libr. 23. titul. 5. arrest. 3. Cassan. in consuetud. Burg. tit. des Justices Rub. 1. §. 5. gloss. 6. num. 18.* ¶ Furtiva res potest tolli per dominum, licet sit penes furem. *Castren. singul. 9.* Sed quando liceat propria auctoritate illam recuperare. *Boer. decision. 218.*

Cap. VII. Quæ sit pœna furti.

Furti pœnam, quæ antiquitus fuerit, & quæ hodie esse debeat, ad explicationem *auth. sed novo jure. C. de serv. fugiti. & de var.* furti speciebus confutatur opinio tenentium, pro furto multiplici, quem esse morte plectendum. *D. Gaspar. Thessau. quæstio. Foren. quæst. 80. libr. 1.* ¶ Furtum domestici, vel extranei, qualiter puniatur, *vide Boer. decision. 316. num. 7. & Clar. in sua Pract. §. furtum, facit l. 11. §. furta. ff. de pœnis.* ¶ Furtum domesticum omnia alia furta superat, sed de illius pœna, *vide per Ant. Columb. sing. 11.* ¶ Pœna simplicis latrocinii qualis esse debeat. *Marc. quæst. 5. parc. 2.* ¶ Propter furtum an Clericus possit privari suo beneficio, *vide Hieron. de Monte variar. juris quæst. quæstion. 19.* ¶ Expilatæ hæreditatis crimen Judicis arbitrio punitur. *Menoch. de Arbitra. cas. 300. vide infra tit. de crim. expil. hæred.* ¶ Pœna furti, quæ sit, nempe corporalis, vel pecuniaria, & an pro furto mori quis debeat, *vide Jas. de action. in §. sequens, vers. ex maleficiis. Menoch. de Arbitra. libr. 0. cas. 205. & cas. 296. Roland. consil. 51. volum. 1. Clar. in sua Pract. §. furtum. Cassan. in consuetud. Burg. titul. Des Justices Rub. 1. §. 5. gloss. 6. authen. novo jure. C. de servis fugit. & Hartman. capit. 30. libr. 1. titul. de accusatio.* ¶ Furtum faciens è re, quæ naufragio deperdita est, punitur Judicis arbitrio. *Menoch. de Arbitra. libr. 0. cas. 297.* ¶ Furtum factum à creditore debitori quando sit permissum, & quando prohibitum, & qualiter tunc creditor puniatur, *vide Joseph. Ludov. decis. Luc. 1.* ¶ Furtum (nisi ubi est rei magnæ) non est grave delictum, ideo conatus in eo puniri non debet. *Pet. Roy. decis. 3. Litua. numer. 580. in decision. diverso.*

Cap. VIII. Qui teneatur de furto, vel non.

Caupo, an teneatur de furto in hospitio commisso; & quando ad id possit teneri. *D. Gaspar. Thessau. quæst. Forens. quæst. 55.* ¶ Emens scienter rem furtivam à fure, actione furti tenetur; secus si ignoranter, tenetur tamen hoc casu illam domino restituere sine pretii restitutione, idem in pignore. *Capic. Thol. dict. quæst. 151. in additio. Clar. in sua Pract. crim. §. furtum. vers. sed hic incidenter, & Natt. cons. 436.* ¶ Solitus emere res furtivas semper tenetur furti. *Capel. Thol. d. quæst. 151.* ¶ Emptor rei furtivæ, ut non teneatur, absque restitutione pretii, restituere rem emptam vero domino, quid facere debeat, *vide Joseph. Ludovic. decis. 42. Perus. Franc. Marc. quæst. 7. part. 2. & Hartm. cap. 2. libr. 1. titul. de empt.* ¶ Dominus territorii tenetur de prædato resarcire rapinam in territorio suo commissam. *Andr. Gail. observ. 64. libr. 2.* ¶ Commodatarium furtum teneri si ille re commodata ad alium

lium usum utatur, *scribit Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 298. facit l. si ut §. §. plane, & §. item denique ff. commodati.* Sed quando dictum procedat, *vide Menoch. d. cas. 298.* ¶ Pro furto commisso in caupona, quando caupo teneatur, *vide Papon. libr. 23. titul. 6. arrest. 4. & infra libr. 2. titul. furt. advers. caup. & stabul.* ¶ Furem excusare non potest dominus allegando se illi concessisse rem auferre. *Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 298. num. 4. vide Cassan. in consuetud. Burg. titul. Des Justices §. 3. gloss. 13. num. 38. Hippol. singul. 22. Pet. Gener. singul. 55. Marc. de Mant. singul. 602. & Abb. consil. 106. part. 1.* ¶ Plures eandem rem furto subtrahentes insolidum obligantur, & solutio unius non liberat alios à pœna furti; sed solum liberat à conditione furtiva: & fur semper est in mora, *l. 1. & fin. C. de condict. furt. vide Perillust. D. P. Thesau. decis. 254.* ¶ An pro furto facto in servitute, quis teneatur liber factus, *vide l. 1. C. de noxal. actio. & l. 4. C. an servit. ex suo fact.* ¶ Pro furto dolo commisso in navi, vel in stabulo; aut in caupona, tenetur dominus ex quasi maleficio, si damnum datum sit per aliquem, cujus opera utatur. *§. item exercitor, Institut. de oblig. quæ ex quasi contract. nasc.* ¶ Qui rem in usus suos citra formam mandati convertit, actione furti etiam tenetur, *l. si mandavero 22. §. si tibi ff. mandati.*

Vel non.

Fur an, restituta re, liberetur à pœna furti, & vi bonorum raptorum, *vide Bartol. in l. hoc edict. ff. de publ. & vectig.* ¶ Error juris excusat à furto. *Bartolus in l. potest 36. ff. de usucapio.* ¶ Si furi furanti rem meam auferam, non teneor, nisi ille ad locum destinatum jam pervenisset. *Bartol. in l. si quis 7. num. 21. C. unde vi.* ¶ An in re modica quis excusetur à pœna furti, *vide Clarif. in sua Pract. §. furtum, vers. pariter.* ¶ A furto quis excusatur propter necessitatem. *Capel. Thol. quæstion. 257. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 182. num. 27. Cassan. in consuetud. Burg. tit. des Justices. §. 3. gloss. 13. num. 22. vide Pet. Gener. singul. fin. num. 11. Pet. Roy. decis. 3. Litua. num. 191. & 286. in decis. divers. Clar. in sua Pract. §. furtum.* Sed cessante necessitate, fur tenetur ad restitutionem, *d. decis. 3. num. 290.* ¶ Furti suspicio aliquando evitatur per furis denominationem. *Capel. Thol. quæst. 151. in additio. num. 3.*

Cap. IX. Quando jiretur juramento, vel non.

An in actione furti juretur in litem, *vide l. 9. & ibidem gloss. ff. de in lit. juran.* ¶ Probato furto per testes, statur juramento partis de scripturis, & illarum tenore; & probato saccomanno, amissio rerum probatur ex conjecturis. *Afflict. decis. 13. num. 10.* ¶ Judex juramentum deferre potest actori super quantitate, & valore rerum furto subtractarum, cui standum est. *Francisc. Marc. quæst. 9. part. 2.* ¶ Statuto disponente, quod villa teneatur emendare rem furto subtractam, statur juramento domini rei super æstimatione. *Bartol. in l. si quando 10. C. unde vi.* ¶ Super furto etiam defertur juramentum parte parti. *vide l. 13. §. idem Jul. & l. 28. §. quis juraverit ff. de jurejur.*

Cap. X. Cui actio furti competat, vel non.

De actione, quæ competit domino pro re furtiva, quæ condictio vocatur, *vide l. 1. & tot. titul. ff. de condict. furt.* ¶ Furti actio competit possessori, nec est inquirendum, quem titulum quis habeat in re furto subtracta. *Natt. cons. 219. Tom. 1.* ¶ Nomine rei communis cum socio furti agi potest, si per fallaciam, dolove malo amoverit, vel rem communem celandi animo contractet, *l. rei 45. ff. pro socio.* Idem in colono, & in eo, qui negotia gerit, aut mandatum exequitur, *l. idem 46. eod.* Quod procedit in clariis; secus in dubio, *l. merito 51. eod.* ¶ Actio ex locato concurrit cum actione furti; altera tamen quis debet esse contentus, *l. si locatum 43. ff. de loca. & conduct.* ¶ Ex nova contrectatione rei nova actio furti nascitur, sed quando dictum procedat, *vide Hippol. sing. 677.* ¶ Ex furto commisso in ludo, vel tempore, quo luditur in domo, in qua ludebatur, non competit actio furti. *Gramm. decis. 40. num. 9.* ¶ Epistola si furto subtrahatur cui actio quæratur, *vide DD. de Rot. decis. 18. alias 430. titul. de probatio. in antiq.* ¶ Fur, re furtiva furto amissa, in posteriorem furem actionem non habet, sed quare, *vide Roy. decision. 3. Litua. num. 559. in decision. diverso.* ¶ Pro furto, & rebus ablatis potest agi dupliciter, nempe civiliter ad privatam utilitatem, & criminaliter pro interesse publico. *Dec. cons. 520. vide part. 2. tit. de condictio. indebiti, &c.* ¶ Si debitor rem debitam uni, solverit alteri dolo, & fraude tertii, contra illum debitor actionem furti habet; non dominus rei. *Bartol. singul. 43.* ¶ Creditor pro re pignori data furto subtracta, agit actione furti, *l. si tibi 26. C. de pignorib.* ¶ Legatarius qua actione agat pro furto commisso circa rem legatam, *vide Bartol. in l. si heredis 30. de legat. 1.* ¶ Pro fructibus pendentibus surreptis, & nondum à terra separatis, usufructuario competit actio furti; sed condictio furtiva competit tantum domino, *l. si fur. 14. ff. de usufructu, & quemadmodum.* ¶ Actio furti impedit actionem de dolo, & ubi deest dolus, & subest culpa, competit actio in factum, *l. eleganter 7. §. item Labeo ff. de dolo malo.*

Cap. XI. Qui sint effectus.

Furtum tutoris facit rem insusucapibilem, nec sufficit rem in tutoris potestatem reverti, *l. 7. §. si tutor. ff. pro emptore.* ¶ Si domina rem, quæ sibi furto subtracta fuerat, ignorans emerit recte dicitur res abesse: quia videtur illi res abesse, cui pretium abest, *l. Labeo 14. ff. de verbo. & ver. signific.* ¶ Qui amovet aliquid de hæreditate (antequam abstineat) mala fide, perdit beneficium abstinendi; secus si post abstentionem: quia tunc talis hæres tenetur actione furti. *l. si servum 71. §. Prætor. ff. de acquir. vel amitt. hæred.* ¶ In furti actione condemnati efficiuntur infames, *l. 1. ff. de his, qui notan. infam.* ¶ Emens furtivos libros, an recuperet pretium à domino illos vendicante, *vide Rot. Avenio. decis. 30. in decision. diverso.*

Cap. XII. Fur quis dicatur, præsumatur, vel non.

Famulus, qui aufugit à domino, præsumptionem habet contra se, quod subtraxerit res amissas, sed quando hoc sit verum, & quæ concurrere debeant, ut dictum locum habeat, *vide Natt. consil. 407.* ¶ Fur publicus quis dicatur, & qui assassinus, *vide Jason. de actio. sequens, vers. ex maleficiis, num. 6. Barc. in auth. sed novo. C. de serv. fugit. & in l. capitalium 28. famosos ff. de pau.* Et de pœna illorum *vide in d. l. 28.* ¶ Fures, qui dicantur, & qui latrones, & quæ pœna imponatur pro simplici furto, & qua puniatur famosus latro, *vide Marc. quæst. 4. part. 2.* ¶ Rationes partis adversæ subtrahens cadit à jure suo. *Castrens. singul. 22.* ¶ Sola rei alienæ contrectatio, sine ejus intervertendæ proposito, furem non facit. *Pet. Roy. decis. 3. num. 563.*

Cap

Cap. XIII. Quando quis puniatur.

Fur puniri debet, ubi captus est cum furtiva, etiam si eo die capiatur. *Capit. decision. 104. Franc. Marc. quæst. 176. part. 2. vide Ludov. à Pegue. cap. 28.* Tamen an fur ubi deprehensus est cum re cogatur respondere, vel ad suum Judicem remitti debeat, *vide Boer. decision. 218. Marc. de Mant. singul. 603. & supra tit. ubi de criminibus.* ¶ Si plures ad numerum septem de nocte armati aggressi fuerint domum alicujus cum fractura ostii prædæ causa, & factis ostiis ac ruptis scriniis, quicquid in eis fuerit, furati fuerint, quales debeant esse partes Judicis in condemnando, *vide Boer. decis. 173. & Ludov. à Pegue. cap. 26.* ¶ Furantes in itineribus, & sylvis qualiter puniantur, *vide Boer. d. decision. 173.* ¶ Fur qui incriminaliter fustigatur non debet de carcere relaxari, donec furtum reddiderit domino; alias Judex tenetur insolidum. *Capel. Thol. quæst. 22. in additio.* ¶ Leges, quæ permittunt furem nocturnum occidi posse pro vitando periculo rerum, debent limitari; quando imminet periculum rei vilis: quia tunc non est licitum occidere, vel vulnerare. *Matth. Mathes. singul. 134. vide l. 4. & 5. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Uxor pro magno furto facto viro, potest puniri criminaliter. *Bartol. in l. 1. ff. de action. rer. amot.* Alias ex furto facto per filium, servum, vel uxorem, non oritur actio civilis, vel criminalis. *gloss. in §. fin autem, institut. de hæred. qualit. & different.* ¶ Fur (si non appareat de pœna statuti) potest puniri criminaliter Judicis arbitrio pœna pecuniaria, & condemnari ad rei restitutionem, una cum interesse partis, & litis expensis. *Natt. consil. 210. Tom. 1.* ¶ Gemmas fictitias, & adulterinas vendentes, colore quæsito, ut fures puniuntur. *Hippol. singul. 318.* ¶ Ille qui deprehenditur in furto, potest impune à quotunque capi, & judicem duci. *Henric. Boer. in suis singul. titul. mixta de criminibus, & culpa:* Et ille dicitur capi in furto qui post furtum capitur in fuga. *ibidem num. 2.* ¶ Expilatores qui sint, quorum furtum improbissimum est ideo Judicis arbitrio puniuntur. *Menoch. ibidem cas. 299.* ¶ Effractores qui, & puniuntur etiam judicis arbitrio. *idem Menoch. de Arbitra. d. cas. 299.* ¶ Receptatores rerum furtivarum puniuntur, ut fures, & latrones, si dolo, & scienter illas receperint; alias secus. *Ludovic. à Pegue. in suis quæstion. crimin. cap. 25. vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 90. vers. fin. Pet. de Ravet. singul. 812. Cassan. in consuetud. Burg. titul. Des Justices. Rub. 1. §. 5. gloss. 1. in additio. & Roland. consil. 45. volum. 1. num. 25.* ¶ Quid juris, quando res furtiva fuit reperta apud aliquem, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 21. vers. ad torturam. vide Rol. cons. 45. num. 39. vol. 1. & Hipp. sing. 392.*

Cap. XIV. Morte, vel non.

Delinquendi consuetudo pœnam auget, unde qui hodie furatus est rem meam vilem, aliam, & sic deinceps, ratione iterationis & consuetudinis, furcha suspendi potest. *Hippol. singul. 378.* ¶ Apud Gallos furtum quamvis exiguum suspendio mulctari, scribitur in libris placit. *Curia libr. 12. de furtis. titul. 4. in decision. diverso.* ¶ An fur non famosus possit pro uno furto de jure suspendi, & quid de famoso, *vide Guid. Papon. quæst. 589.* ¶ Furta plura committens (licet parva) an debeat mori, quamvis pro uno deberet, *vide Grammat. vot. 9. num. 25.* ¶ Regulariter pro furto quis non debet mori: fallit in quatuor casibus traditis *per Lud. à Pegue. cap. 27.*

Cap. XV. Miscellanea.

Furem capiens, & ad Judicem ducens, an pœnæ dupli sibi debitæ tacite renunciet, *vide Afflict. decision. 130.* ¶ Accusatio, seu inquisitio contra furem pro furto, ut procedat, qualiter formari debeat, *vide Roland. cons. 51. volum. 1. & Hippol. singul. 275.* ¶ Quis dicatur abiges, & quibus pœnis abigei puniuntur, *vide eundem à Pegue. cap. 20.* ¶ De cujusdam furis astutia asserentis se credere dominum rei subtractæ permissurum, *idem per Ant. Colum. singul. 9.* ¶ Statutum disponens, quod emens rem furtivam in loco publico, non teneatur illam restituere domino, nisi restituatur pretium emptori, non valet. *Capel. Thol. qu. 151. & Beninten. decis. 34.* ¶ Statutum de furto, non habet locum in debitore ære alieno gravato; nihil tamen exportante. *Dec. consil. 669.* ¶ Quando quis possit compelli ad indicandum furem, *vide Bartol. in l. si deposit. 4. C. deposit.* ¶ Pro furibus insignibus nullus procurare debet. *Franc. Marc. quæst. 4. num. 11. part. 2.* ¶ Pupillus, qui est proximus pubertati, est capax furtum faciendi. *l. pupillum 112. ff. de reg. jur.*

TITULUS CCCXXIV.

De crimine expilatæ hæreditatis.

Expilatæ hæreditatis crimen Judicis arbitrio punitur. *Menoch. de Arbitra. cas. 300.* ¶ Dictum crimen non est furtum, sed de ratione cur furtum, hæreditate jacente, non committatur, *vide per Menoch. d. cas. 300.* ¶ Hæreditati non aditæ non potest fieri furtum: quia furtum possessionis est, quam non habet hæreditas. *l. 1. §. Scævola. ff. si quis testament. lib. ess. jus. fuer.* ¶ Uxor defuncti crimen expilatæ hæreditatis convenire non potest. *Menoch. d. cas. 300. num. fin.* Sed contra illam agitur rei vendic. *l. quamvis. 17. C. de servis.* ¶ Post aditam hæreditatem, rebus expilatis à cohærede, debet agi familiæ ercisc. judicio, non crimine expilatæ hæreditatis potest quis accusari, non tamen publica accusatio est, *l. stellionatus. 3. ff. de extraordin. crimin.* ¶ Quomodo puniantur expilatores hæreditatum, *vide l. 1. & tot. tit. ff. de effract. & expila.*

TITULUS CCCXXV.

De his, qui latrones, vel aliis criminibus reos occultant, de his, qui plebem audent contra Rempubl. colligere, & de seditiosis.

Cap. I. Receptator. Occultator latronum. Quando puniatur, vel non.

Malandrinos, & homines malæ conditionis, quis non debet in domo retinere, & receptare, alias punitur. *l. fin. C. ad leg. Jul. de vi public.* ¶ Qui hostem fugientem sciens susceperit, in insulam relegatur. *l. 40. ff. de pœnis.* ¶ Receptantes latrones sanguine conjunctos, mitius puniuntur, quam alii, ad quos latrones non pertinent. *Ozasc. decision 80. num. 11.* Ideo statutum puniens bannitos receptantes, non porrigitur ad agnatos exules. *Ozasc. ibidem.* ¶ Receptans committentem crimen læsæ Majestatis, qualiter puniatur, *vide ibidem num. 14.* ¶ Receptans scienter malefactorem in domum, & illum secum detinens, non videtur minus delinquere, quam ipse delinquens. *Grammat. decis. 99.* ¶ Abscondens hominem,

nem, ne à Justitia capiatur, tenetur eodem crimine. *Boer. decis. 287. num. fin.* ¶ Receptantis latrones gravissimum flagitium est, nisi quis cognatum, vel affinem recepter. *Pet. Roy. decis. 3. Litua. num. 427. in decis. diversis. Tom. 2.* ¶ Si Barones abutantur in suis Baronüs jurisdictione receptando potius, quam puniendo latrones publicos, vel alias delinquentes, possunt Reges, seu Principes, Superiores jurisdictiones dictarum Baroniarum, ponere sub Regio sequestro. *Ludov. à Pegut. in suis quaestion. crim. cap. 36.* ¶ Occultans latronem, & alios malefactores in suis prædiis, & possessionibus, intelligitur esse socius criminis, & dicitur delictum malefactoris facere suum: ideo si est dominus prædii, & scienter hoc fecerit, privatur ejus dominio. *Idem Ludovic. cap. 36. num. 5.* ¶ Scientia receptandi latrones consistit in eo, quod est notorium eos esse latrones, vel quia esset publica vox, & fama in loco, *ibidem num. 9.* ¶ Recepisse bannitum, vel alium malefactorem dicitur, qui ipsum abscondit; non qui dat potum, vel commestionem. *Bartol. in l. 1. §. quod ff. de serv. corrup.* ¶ Si quis receperit, & occultaverit homicidam, qui erat affinis, vel cognatus suus, non tenetur aliqua pœna, sed alias recipiens malefactorem, occultans, vel ei opem præstans, ut evadat, an teneatur, *vide Hartm. cap. 17. tit. de accusatio. lib. 2.* ¶ Qui præparat exercitum sine permissione Superioris, incidit in crimen legis Juliæ Majestatis. *l. lex 3. §. eadem lege. ff. ad leg. Jul. Majest. & Marc. quaest. 39.* ¶ Factores, sive auctores seditionis, & tumultus, Populo concitato furca damnantur, aut in insulam relegantur secundum qualitatem personæ, *l. si quis 38. §. auctores ff. de pæn.* Vide de seditione, seditiosis, & de pœna eorum *per Boer. in quodam suo tract. impresso post suas decis.* ¶ Tumultum popularem facientes puniuntur pœna capitali, nisi tumultus accidentaliter evenisset ob aliud factum, ut ex civili dissentione & similibus. *Grammat. vot. 19.* ¶ Congregans gentes armatas, vel consilium seditionis habens tenetur lege Julia de vi publica, licet ad nullum actum pervenerit: satis enim est, quod perventum sit ad actum congregationis; quia omne delictum commissum, facta congregatione hominum, reputatur atrocius. *Cravet. cons. 224. vide infra libr. 2. titul. de monopolio.*

TITULUS CCCXXVI.

De termino moto.

Licitum est mutare terminos in propriis agris & varietate successorum, consensuque dominorum, possunt agrorum termini mutari. *l. 1. & 2. C. fin. reguud.* ¶ Qui terminos amovit causa turbandi fines, punitur extra ordinem. *l. 1. C. de accusatio. & inscriptio.* ¶ Amovens terminos agrorum, qua pœna puniatur, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. quaestion. 83. vers. terminos, & Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 393.*

TITULUS CCCXXVII.

De crimine stellionatus.

Crimen stellionatus locum habet, quando deficit nomen criminis, tunc enim recurrimus ad hoc crimen, sed in quibus casibus, *vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 381.* ¶ Ille qui rem alienam, vel alteri obligatam sciente alienat, vel obligat, tenetur crimen stellionatus. *Henric. Boer. in suis singul. titul. mixta de criminibus. num. 7. vide Menoch. d. cas. 381.* ¶ Petens, vel accipiens debitum solutum stellionatus crimen committit. *Bartol. in l. si fidejussor. 29. §. in omnibus. ff. mandati.* ¶ Donans vel obligans rem duobus, tenetur pœna falsi, si est adjecta clausula, ut Quod alteri non donavit, vel obligavit; alias tenetur pœna stellionatus. *Bartol. in l. qui duob. 21. ff. ad leg. Cornel. de falsis.* ¶ Si in constituendo pignore aliud pro alio submittatur stellionatus crimen committitur. *l. si quis 36. ff. de pigno. actio.* ¶ Qui obligat rem alienam, vel alteri obligatam, crimen stellionatus committit, nisi res cuilibet creditori sufficiat pro utroque debito. *d. l. 36. §. sed et si.* ¶ Licet quis possit accusari hoc crimine, tamen talis accusatio non est publica. *l. 3. ff. de extraord. crim.*

TITULUS CCCXXVIII.

De injuriis, & famosis libellis.

Generalia.

Injuriarum materia late tractatur. *Jo. Petr. Surd. decision. 80.* ¶ De injuriis, & actione injuriarum, *vide per Papon. libr. 8. tit. 3. & Joan. Crisp. in suo tract. termino. actio. post volumen Jas. de actio. num. 38. Clar. §. injuria. & Abb. in sua Pract. cap. 136.*

Cap. I. Injuria: Quid sit.

Injuria dicitur esse quicquid ad iracundiam provocat, & injuria verbalis aliquando meretur pœnam corporalem. *Joseph. decis. 4. Luc. num. 18. & 20.* ¶ Verba injuriosa dicuntur ea, quæ proferuntur in alium contra bonos mores. *Grammat. decis. 14. num. 9.* ¶ Injuria est dicere alicui, tu es cæcus, vel claudus. *Grammat. ibidem num. 10. & decision. 37.* ¶ Subjectum injuriarum est animus injuriandi. *Magon. decis. 26. Luc. num. 11.* Ideo injuria sine dolo non fit, & lata culpa non sufficit, *ibidem numer. 12. vide Cravet. consilio 9. num. 36.*

Cap. II. Atrox, quæ dicatur.

Atrox dicitur injuria commissa coram persona jurisdictionem habente, secus coram alia in dignitate constituta. *Pur. decis. 303. lib. 1.* ¶ Injuria facta Doctori dicitur atrox, ideo faciens illi injuriam non relaxatur, dato fidejussore, sed debet detineri in carceribus usque ad finem causæ. *Rot. Avenio. decision. 58. in decision. Tom. 3.* Sed qualiter puniatur talis injuria, *vide Cravet. consil. 168. num. 10.* ¶ Quis dicatur inimicus capitalis, quæ gravissima injuria, & quæ atrox, *vide Bartol. in l. 3. §. non solum. ff. de adimendis legatis.* ¶ Injuriæ atroces quæ, & quibus pœnis puniantur, quid de injuria facta Magistratui, vel coram ipso, & de pœna illius, qui composuit libellum famosum, & publicavit, vel publicavit tantum, *vide Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 263.* ¶ Injuria verbalis Magistratui per inferiorem illata atrox censetur, pro qua nedum ictus fustium, sed etiam mortis pœna irrogari quandoque potest. *Marc. quaest. 34. part. 2.*

Cap. III. Qualis sit.

Injuria illata per scripturam dicitur verbalis, & non realis. *Capel. Thol. quaest. 127. in additio numer. 9.* ¶ Emenda injuriæ verbalis qualis esse debeat, *vide Papon. libr. 82. tit. 3. arrest. 18.* ¶ Injuria commissa in judicio est gravior. *Cravet. consil. 68. num. pen. vide Hartm. cap. 26. tit. de injuriis. lib. 1.* ¶ Injuria à multis illata est major. *Boer. decis. 173. num. 10.*

Cap. IV. Quibus modis intelligatur.

Injuria ex affectu facientis consistit. *Ozast. decis. 77. num. 28.*

num. 28. Alias sine affectu injuriandi, non committitur; & error magis præsumitur, quam dolus, *Joseph. Lud. decis. Luc. 4. num. 41.* ¶ Verbum unum quando potest accipi in bonam, & malam partem, debet accipi in bonam. *decis. 4. Joseph. num. 32.* Et debet impropriari, ut delictum evitetur. *ibidem num. 33.* ¶ Injuria restringi debet secundum animum facientis, ideo injuriarum declaratio spectat ad injuriantem, & statur ejus juramento. *Joseph. Lud. decision. 4. n. 44.*

Cap. V. Quæ fieri possint in actione injuriarum.

Juramentum purgationis in actione injuriarum reo deferri potest, sed quando, *vide Gail. observat. 106. libr. 2.* ¶ In crimine privato pro quo civiliter agitur, potest judex ex eodem processu condemnato reum etiam pro crimine. *Crav. cons. 53.* ¶ In actionibus competentibus ad vindictam, cessat in integrum restitutio, ideo minor in hac actione injuriarum, non restituitur. *l. auxilium 38. ff. de minor 25. ann.* ¶ In actione injuriæ damna, & interesse semper peti possunt, sive agatur civiliter, sive, criminaliter. *Franc. Marc. quæst. 190. part. 2.* ¶ Injuriarum actio civiliter intentata, requirit specificationem. *Ægid. Bellam. conclus. 398. vide DD. de Rot. decis. 1. alias 200. de accusat. in novis.* ¶ In actione injuriarum civiles articuli dati post terminum, sunt recipiendi, si fit res integra, & non interfit adversarii. *idem conclus. 399.* ¶ Agenti actione injuriarum, an possit deferri juramentum in defectum plenæ probationis, *Capel. Thol. quæst. 244.* ¶ Libellus, & articuli in actione injuriarum (etiam civiliter intentata) debent taliter specificari, quod pars per illos certificari, & testes super illis deponere possint. *DD. de Rot. decis. 1. alias 30. titul. de libell. oblatione, in novis. vide decision. 1. alias 36. titul. de accusatio. ibidem & Jas. de actio. in §. superest. numer. 50.* ¶ Injuriæ, an hinc inde compensentur. *Hartman. titul. de injur. libr. 1. cap. 26.*

Cap. VI. Qui dare, facere possit injuriam, vel non.

Licitum est dicere parti, vel jus Advocato, tu produxisti viles, & depravatos testes, aut illos subornasti, vel falso instruxisti absque periculo actionis injuriarum. *Guid. Papon. singul. 330.* ¶ Aliquando etiam quis mihi bonum faciens, facit mihi injuriam. *vide l. 27. §. si puerum. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Officialis Principis, durante officio, non potest (inconsulto Principe) etiam ad repellendam injuriam mentitam dare, ex qua mentitus posset promoveri ad rixam. *Menoch. cons. 107. numer. 15. volum. 2.* ¶ Si quis dixerit mihi injuriosa verba, possum licite dicere, tu mentiris, animo purgandi me ab injuria mihi illata, nec teneor actione injuriarum, vel de crimine. *Hartman. cap. 4. tit. de injuriis libr. 1. vide tamen c. 27. ibidem & de materia per tot tit.* ¶ Pupillus proximus pubertati potest facere injuriam. Reg. pupillus.

Vel non.

Conjunctus non præsumitur voluisse conjuncto injuriam facere, idem in subdito. *Crav cons. 9. n. 26.* ¶ Appellans non debet injuriare Judicem, à quo alias punitur, *l. illud 8. ff. de appellatio.* ¶ Mortuis, semimortuis funeribus, nec non eorum domui, & familiæ, ac rebus creditores injuriam facere prohibentur, *tot. tit. Auth. ut defuncti. seu funera.*

Cap. VII. Quando fiat, vel non.

Injuria fit alicui, quando vocatur fur, latro, & hujusmodi. *Joseph. decision. 4. num. 25. & 26.* ¶ Injuria quis dicitur affici, quando vocatur pauper, idem, quando est idoneus, & opponitur non esse idoneum fidejussorem. *Joseph. Ludovic. 4. Luc. num. 37.* ¶ Pœnitere quem non posse in damnum injuriati: nec dicere fecisse se calore iracundiæ, *habetur Capel. Thol. quæstion. 410.* Sed quid, si per modum exceptionis quis in judicio crimen opposuerit, quod postea probatum non fuerit, & an talis excipiens possit injuriarum actione conveniri, *vide ibidem additio.* ¶ Injuria solo actu, & nutu sine verbis fieri potest, sed qualiter puniatur ille, qui fichas Judici fecit, *vide Perillust. D. P. Thessau. decis. 207.* ¶ Injuria non fit volenti. *l. 1. §. fin. ff. quod falso tutore actore,* Ideo ille agere non potest, non tamen illa tollitur, quando judex pro publico interesse agere possit. *Gram. decis. 57. num. 13. & Petr. de Raven. sing. 427.*

Cap. VIII. Quando æstimetur, inferatur, irrogetur, vel non.

Injuriarum æstimatio qualiter per Judicem fieri debeat. *vide DD. de Rot. decis. 4. de injur. alias 486. in novis, Crescen. decis. 1. alias 183. titul. de injuriis.* Et taxari per eum, & partem injuriatam, quando caret omni æstimatione, *vide Ægid. Bellam. conclus. 721.* ¶ Pœna injuriarum æstimatur per Judicem, quando per querelam agitur. *Marant. in suo Spec. part. 4. titul. an sit judic. civil. vel crim. distinct. 1. numer. 11.* ¶ Judex arbitratur pœnam secundum qualitatem personæ, loci, & dignitatis, quando pœna juris petitur quis puniri. *Marant. part. 4. tit. an sit jud. civil. vel crim. dist. 1. num. 16. de materia.* ¶ Judex in actione injuriarum, non debet habere rationem damni: quia illud venit per actionem legis Aquiliæ. *DD. de Rot. decis. 5. alias 17. tit. de judiciis, in antiq.* ¶ Injuria æstimatur atrox ex aspectu per Judicem, vel peritos. *Bartol. in 2. ff. de feriis.*

Inferatur, vel non.

Dicens alicui, quod erat Judæus, & affirmans dictum postea in multis locis, infert illi injuriam; & potest puniri, sed qua pœna, *vide Ludov. à Pegne. in suis quæstion. crimin. capit. 13.* ¶ Diffamare aliquem de maleficio, quomodo intelligatur: & injuria dicitur inferri, si dicatur alicui, quod erat perjurus, & natus ex Monacho. *Bartol. in l. turpia 57. de legat. 1.* ¶ Injuria affici ut quis dicatur, non sufficit generale convicium, ut quia fuerit dictum, tu es impius, vel imprudens, aut maledictus, sed verba debent continere speciem aliquam delicti. *Natt. cons. 671.* ¶ Mentitus non dicitur injuria affectus, si constet ipsum non dixisse verba, quorum prætextu fuit illata mentita. *Menoch. cons. 107. num. 24.*

Irrogatur, vel non.

Injuria tribus modis irrogari potest, sed quando his modis dicatur illata, *vide Marc. quæstion. 935.* ¶ Injuria facta patri, dicitur filio illata, & contra: quia pater, & filius censentur una, & eadem persona propter connexitatem, quæ est inter eos. *Grammat. decis. 23. num. 4.* ¶ Injuria facta uni de consortio, videtur toti consortio irrogata. *Bartol. in l. cum simus 11. C. de agricol. & cens. lib. 11.*

Cap. IX. Quæ sit pœna.

Pœna injuriarum quæ sit, *vide Perillust. D. P. Thess. decis. 229. num. 7. & Hartm. cap. 1. tit. de injuriis lib. 2.* ¶ Pro injuria potest inferri duplicata pœna, nempe pecuniaria, & corporalis: una in satisfactione partis offensæ, & altera Curiæ. *Gram. vot. 15. n. 6. vide Lud. à Pegne. in suis qu. crim. cap. 13.* ¶ Pœna extraordinaria, quæ venit imponenda propter injuriam factam alteri, debet moderari secun-

secundum qualitatem, & dignitatem illius, ut major imponatur, si fit nobilis, quam si ignobilis ille, qui recepit injuriam, *l. non est 66. ff. de ritul. nuptia.* ¶ Propter verba injuriosa prolata per Advocatum, seu scripta, possunt puniri Advocatus, & principalis cliens. *Pap. lib. 8. tit. 3. arrest. 5.* ¶ Pœna in actione injuriarum, cui applicetur, *vide Mann. in suo Spec. de ordin. jud. part. 4. tit. an sit jud. civil. vel crim. dist. 1. num. 10.*

Cap. X. Actio injuriarum cui competat.

Actio injuriarum mihi competit contra illum, qui actum minus juridicum contra me obtinuit, & fecit exequi. *Guid. Pap. quæst. 324.* ¶ Actio injuriarum datur pro injuria facta re, aut verbis, ut si quis dixerit alicui, tu mentiris, nec relevat illud, quod dici solet, salvo honore tuo: quia verbum injuriosum præcedens, declarat voluntatem injuriantis, quæ deest in reservatione inde facta. *Guid. Pap. quæstion. 465. Andr. Gail. observat. 101. libr. 2. & Boer. consf. 4. num. 25.* ¶ Injuriarum actione pro qualibet minima injuria agi potest: & facta in foro dicitur atrox. *Joseph. Ludov. decis. Luc. 4. num. 13.* ¶ An ratione verborum injuriose dictorum coram Principe, aut in judicio, injuriarum actio detur, & quando verbis injuriosis partes se afficiunt, an admittatur compensatio, *vide Franc. Marc. quæst. 674. & Boer. consf. 4. num. 31.* ¶ Si aliquis elevaverit manum ut me percuteret, & si non percusserit, potero nihilominus agere actione injuriarum. *Pet. de Raven. singul. 376.* ¶ Facta injuria uni de Collegio, cæteri possunt agere. *Guid. Pap. quæst. 464.* Quia injuria facta uni consorti, toti Collegio irrogata censetur. *Franc. Marc. quæst. 674. num. 4.* ¶ Emancipatus filius, si injuriarum habeat actionem, nihil conferre debet: magis enim vindictæ, quam pecuniæ habet persecutionem, *l. 2. §. emancipatus. ff. de collatio. bono.* ¶ Si pater filii nomine agat, injuriarum, cum duæ sint actiones una patris, altera filii, cessat de rato cautio, *l. non solum 39. §. si pater. ff. de Procurato.* ¶ Absente patre, præsens filius potest agere re pro sua injuria, *l. 12. ff.* de in jus vocando. *Andr. Gail. observ. 65. libr. 1.* Sed quando cumulari possint hæ duæ actiones, *vide Franc. Marc. quæst. 192. part. 2. & Perillust. D. P. Tessau. decis. 18.* Et quando dicatur agi criminaliter, vel civiliter, *vide Crav. consf. 53. & d. decision. 18. D. Tessau. Harim. cap. 3. tit. de injuriis. lib 2.* ¶ Actio injuriarum civilis, an excludat criminalem, *vide eundem D. P. Tessau. d. decis. 18.* ¶ Actio injuriarum non transit contra hæredes, neque in hæredes: ideo si ante litem contestatam moriatur injuriatus, etiam fidejussores per eum dati censentur liberati, *l. si eum 10. § fin. ff. si quis cautionibus, facit l. 1. ff. de privat. delict.* ¶ Actio injuriarum competit mihi, si injuria fuit facta meo famulo, aut Officiali. *Guid. Pap. quæst. 557.* Quia mihi facta videtur. *Capel. Tholos. quæst. 154. in additio. Marc. quæst. 674. & Pet. de Raven. singul. 414.* ¶ Pro injuria, quæ resultat ex occisione alicujus, qui agant, *vide Boer. decis. 120. & supra tit. de interesse, quod debetur parti læsa.* ¶ Dominus potest prosequi injuriam factam subditis. *Jo. Gal. quæst. 42. in decis. diverso.* ¶ Universitas agere potest pro injuria facta particularibus; non tamen illam remittere potest. *Crav. consf. 45. vide Menoch. consf. 107. vol. 2.* ¶ Post sententiam, qua fuit punitus vulnerans, potest agere vulneratus pro suo interesse, & injuria. *Boer. decision. 389. num. fin.* ¶ Injuriarum actione potest civiliter, & criminaliter agi, *vide Gram. decision. 37. num. 11. Capel. Tholos. quæst. 145. in additio. Magon. decis. Luc. 26.* ¶ Civilis, & criminalis actio ex eodem facto descendens in eodem libello sub utraque specie, potest intentari. *Ægid. Bellam. conclus. 400.* ¶ Actio injuriarum descendens ex lege Cornelia est perpetua. *Capel. Thol. quæst. 140. Mynsing. observ. 54. cent. 1.* Sed prætoria est annalis, sed quid de civili, *vide eundem Mynsing. observ. 7. cent. 5. & Clar. in sua Pract. §. injuria.* ¶ Actio injuriarum non solum competit ad vindictam, sed etiam ad rem, *Capel. Thol. quæst. 145.* ¶ Actio injuriarum potest cedi, & vendi. *Guid. Papon. singul. 718. vide Bartol. in l. 9. C. de hæredit. & actio vend.*

Velnon.

Mulier inhonesta à vicinis expelli potest: & mulieri, quæ palam, & passim prostituta est sed paucis sui fecit copiam, injuriarum actio non competit adversus illum, qui illam vocavit meretricem, *Boer. consf. 4. num. 54. & 55.* ¶ Si aliquis deposuerit in judicio se audivisse à Sempronio asserente vidisse Cajum, qui cognoscebat carnaliter filiam suam, & inde Sempronius hoc neget dixisse, non ob id poterit Cajus agere ad injuriam contra ipsum testem. *Cravet. consil. 13. & 78.* Tamen, si probaretur Sempronium hoc dixisse, ille poterit condemnari. *Crav. d. consf. 78.* ¶ De injuria, quam quis facit sibi, nemo agit, *l. 55. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Injuriarum accusatio criminalis non datur in Regno, si sint injuriæ verbales, *Marant. part. 4. num. 12.* ¶ Actio injuriarum non datur inter conjuges sed actio in factum. *Pet. de Raven. an sit jud. sing. 423.*

Cap. XI. Qui conveniri possit.

Si quis dixerit alicui, tu fuisti mercatus pro falso, vel es spurius, aut aliud injuriosum, si verum dicat, an teneatur actione injuriarum, *vide Gram. decis. 37. Capel. Thol. quæst. 127. in addit. Mynsing. observ. 4. cent. 4. Andr. Gail. observ. 99. libr. 2. Magon. decis. 25. & 168. Clar. in sua Pract. §. injuria. Dec. consf. 487. num. 4. & Bart. in §. 1. Institut. num. 5. de injuriis.* ¶ Injuriarum actione quis tenetur vendicare, licet dixerit alicui crimen aliquod, quod non interest Reipubl. dummodo verba injuriosa proferantur animo injuriandi. *Joseph. Ludov. decis. Luc. 4. num. 16. vide Andr. Gail. observat. 99. libr. 2.* ¶ Proponens defectum contra testes in sui odium receptos, puta quod sint infames, non potest conveniri actione injuriarum, dummodo verus sit, & probetur talis defectus. *Jaffre. Lanf. Balb. decis. 395. Andr. Gail. observat. 101. libr. 2. vide Boer. consf. 4. num. 21. & 49. Rebuff. in constit. Reg. tract. de reprobatio. testium, art. 5. Tom. 2.*

Cap. XII. Qui teneatur actione injuriarum.

Objiciens alicui crimen, de quo Princeps gratiam fecerat, tenetur actione injuriarum. *Crav. consf. 168.* ¶ Procurator Fisci si objecerit crimen falsum, tenebitur actione injuriarum. *Crav. consf. 168.* ¶ Si quis vocet me debitorem suum, & hoc non sit verum, tenetur mihi actione injuriarum. *Guid. Papon. singul. 739.* ¶ An injuriarum actione quis teneatur, licet protestatus fuerit illud facere non animo injuriandi, nisi objecta probaverit, *Joseph. Lud. decision. 4. num. 15. 38. & 48.* ¶ Baculo aliquem percutiens, an teneatur actione injuriarum, *vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 224.* ¶ Narrans verbum injuriosum ab alio prolatum, tenetur actione injuriarum. *Franc. Marc. qu. 933. in fin. part. 2.* ¶ An reus excipiens adversus actorem de aliquo crimine, vel de aliquo, quod injuriam sapiat, tenetur actione injuriarum, si illud non probaverit, *vide Magon. decision. 26. Luc.* ¶ Si dederim alicui literas, ut illas adferret amico meo, si literas, & contenta in illis divulgaverit, tenebitur mihi actione injuriarum. *Bartol. in l. 1. §. si quis ff. depositi.* ¶ Plures si inferant injuriam uni, omnes tenentur. *Bart. in l. Prætor ait. §*

si a.l

si ad plures ff. de sepul. violato. ¶ Mittens aliquem mitratum ad aliquem Judicem, tenetur lege Julia de vi publica: *Bart. in l. 7. ff. ad leg. Juliam de vi public.*

Vel non.

Si dixi tibi injuriam animo purgandi me ab injuria, quam mihi inferebas, non teneor actione injuriarum. *Capel. Thol. quæst. 127. in additio.* ¶ Ille, qui facto, vel dicto injurioso, ad iram provocatus calore iracundiæ, aliquid injuriosum dixerit, injuriamque retorserit, actione injuriarum non tenetur, quod intelligendum est cum moderamine, de quo *vide per Andr. Gail. obs. 100. libr. 2.* ¶ Injuriatum actione quia non tenetur, quando verba de sui natura non sunt injuriosa. *Joseph. Ludov. decis. Luc. 4. num. 24.*

Cap. XIII. Qui cognoscere possit de injuria.

Injuriatus, quando reproperat animo se defendendi, vel animo se vendicandi, quando cognoscatur, ut mitius puniatur. *Cap. decis. 58.* ¶ Offensus licet cognitionem habere non possit de injuria personali sibi illata, tamen Officialis deputatus ab omnibus Condominis, vel ipsi Condomini de causa ipsa cognoscere poterunt; secus si Officialis fuisset ab ipso offenso solo deputatus, *Rol. consil. 16. vol. 2.* Nec Præses de injuria sibi facta cognoscit. *Bartol. in l. 16. ff. de offic. Præd.*

Cap. XIV. Qui sint effectus.

Infamia in actione injuriarum, quando evitari possit, *vide Gail. obser. 102. & 103. libr. 2.* ¶ Pro injuria condemnari quis non debet, quando animum injuriandi non habuit, licet verba dicantur injuriosa, *Menoch. consil. 107. vol. 2. Gnom. dicto cons. 9. num. 36.* injuria enim non infertur, dolo deficiente. *Menoch. d. consil. 107. vide Gnom. ibid.* ¶ Injuriam remittens propter pecuniam an efficiatur infamis, *vide Capel. Thol. quæst. 127. in additio.* ¶ Inhumanum est non dare locum veniæ, si ille, cui illata est injuria, precibus ab inferente pulsatur, & est contra fraternam charitatem: & talis, quia ita precibus imperavit, ne secum ageretur injuria, non efficitur infamis, nec confiteri crimen videtur. *Hart. cap. fin. de injuriis lib. 2.* ¶ Injuria uni socio facta, alterum socium tangit, *l. si fratres 53. §. fin. & ibid. gloss. ff. pro socio.* ¶ Damnatus actione injuriarum est infamis, *l. 1. ff. de his qui notant. infam.* Quia actio injuriarum infamat, sed potest restitui infamatus per Papam. *cap. cum te 23. ex. de sentent. & re jud. & ibid. gloss. Hartm. c. 5. & 19. tit. de injuriis libr. 1.* ¶ Injuria facta uni ex consanguineis, omnes affines, & consanguineos afficit. *Ozasc. decision. 104. num. 2. Gnom. decis. 23. vide Marant. in suo Spec. de ordine judic. part. 6. tit. & pervenitur aliquando per viam inquisitio. num. 58. & Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 282.*

Cap. XV. Quando remittatur, vel non, & qui excusentur.

Injuriantes excusantur ex generali consuetudine, quando non animo injuriandi objecta proponunt, ubi verum crimen objicitur. *Gail. observ. 99. lib. 2. n. 21.* ¶ Injuriam sibi illatam sciens, & tacens, videtur remisisse. *Ozasc. decis. 77. num. 36.* ¶ Actio injuriarum quando tollatur dissimulatione, *vide Bartol. in l. Prætor ait. §. si is, cujus. ff. de sepulcro violato.* ¶ An Princeps remittendo injuriam coram se Officiali suo factam injuriati interesse remisisse videatur, *vide Franc. Marc. quæst. 675.* ¶ Filius non potest remittere injuriam, sibi illatam in præjudicium patris, *Marc. quæst. 675.* ¶ Pacto gratuito injuria remitti potest absque infamia: secus si illud non sit gratuitum. *idem Gail. observ. 106. libr. 2.* Et tollitur pacto ipso jure. *Bartol. in l. si unus 28. §. pactus. ff. de pac. vide Hart. cap. 5. tit. de injuriis. l. 2. & d. l. si unus. ff. eo de pac.* ¶ In remissione injuriæ sive expressa, sive tacita interesse, & damna remissa esse non censentur. *Franc. Marc. quæst. 192. part. 2. & q. 943. Mynsing. cas. 10. cent. 4.* ¶ Pater remittere potest injuriam factam filio etiam illo invito, *l. in persona, & ibid. gloss. & Bartol. ff. de pact.* Nec alii fratres injuriati accusare poterunt tanquam conjuncti. *Marant. de ordine jud. part. 6. tit. & pervenitur aliquando, &c. num. 67. fol. 279.* Sed dictum limitatur in patre vili. *Marant. ibidem num. 68.* Et quando injuria fuit illata à consanguineo, *n. 71. ibid. Ludov. Roman. singul. 93. vide Capel. Thol. quæst. 242. & Francisc. Marc. quæst. 675. ibid.* ¶ Injuriam nobis factam, an teneamur remittere, *vide gloss. in C. si illic 23. quæst. 4.* ¶ Injuria cum semel remittitur, iterum revocari non debet, *d. cap. si illic. 23. qu. 4.*

Vel non.

Injuria non censetur remissa, si contingat injuriantem cum inimico simul comedere, postquam fuit revocata injuria ad animum, & porrectus libellus. *Capel. Thol. quæst. 234. vide Marc. quæst. 943. part. 2.* Tamen ante porrectionem libelli remittitur salutatione, comestione, & osculatione. *Capel. Thol. quæst. 234. in additio.* Sed alias quando censeatur injuria remissa, *vide Marc. d. quæst. 943. & Bald. singul. 141.* ¶ Per confessionem factam Sacerdoti, non censetur remissa actio injuriarum quoad interesse: quia injuriatus per ipsam confessionem rancorem solummodo dimisisse videtur, *in additio. d. quæst. 127. Capel. Thol. vide Marc. quæst. 192 part. 2. Marant. in suo Spec. de ordine judic. part. 6. tit. & pervenitur aliquando per viam inquisitio. num. 88. Bartolus in l. si tibi 18. §. quadam. ff. de pact. & in l. 11. §. injuriarum ff. de injur.* Fallit in casu, de quo *vide Hippol. singul. 256.*

Cap. XVI. Quando tollatur.

Solutione æstimationis, actio injuriarum tollitur. *Andr. Gail. observ. 103. lib. 2.* ¶ Quibus modis tollatur injuria, *vide Clar. in sua Pract. § injuria.* ¶ Injuria in scriptura illata, anno non tollitur: quia scriptura semper loquitur, *idem Gail. observ. 104. lib. 2.* ¶ Injuriarum actioni præscribitur tempore anni, & diei, qui annus incipit currere à die scientiæ. *Joseph. Ludov. decision. Luc. 4. num. 54. vide Capel. Thol. quæst. 127. in additio. Franc. Marc. quæst. 192. part. 2. DD. de Rot. decis. 1. de injuriis in novis. Andr. Gail. observ. 105. libr. 2. Clar. in sua Pract. §. injuria, & Hartman. lib. 1. cap. 1. de injuriis, & capit. 2. lib. 2. eodem tit.* ¶ Actio injuriarum Prætoria, quæ finitur anno, non perpetuatur per litis contestationem, quando quis nulliter egit. *Capel. Thol. quæst. 127.*

Cap. XVII. Injuriatus. Qua facere possit.

Injuriatus, cui dictum fuit, quod erat cornutus (quia adire judicē pro tali injuria esset verecundia) potest propria auctoritate injuriam ulcisci, forte res transiret in derisum, *vide Gnom. dec. 14. n. undecimo.* ¶ Provocatus si faciat, vel dicat injuriam provoc..nti, non tenetur injuriarum actione: quia dicatur potius illa ex causa sui juris conservandi facta, quam injuriandi. *Gnom. decis. 37. num. 3. & 4.* ¶ Injuriatus utrum possit reproperare injuriam, puta vocando latronem eum, qui ipsum injuriatum vocavit extirpatorem bonorum Universitatis, *vide Capic. decision. 58.*

Cap. XVIII. De libello famoso.

De compensatione literarum famosi libelli, & de ejus probatione, *vide per Marc. quæst. 937.* ¶ De famoso libello,

libello, & quando puniatur auctor & qui illum invenerit, *vide per tot. causam 5. quæst. 1.* ¶ Diffamatores debent recognoscere publice suum errorem, & se dedicere, quod mentiri sunt per os suum. *Marc. d. quæst. 34. num. 7. vide eundem. quæst. 934. part. 2.* ¶ Libellum famosum qui reperit, & non lacerat, capitali pœna punitur, si crimen erat capitale. *Marc. quæst. 933. vide tamen ibidem.* ¶ Libelli famosi pœna quæ sit, *vide eundem Marc. quæst. 935. part. 2.* ¶ Libellus injuriarum neque locum, neque tempus habens, non debet admitti. *Franc. Marc. quæst. 718. num. 7. vide Andr. Gail. observ. 64. lib. 1.* Sed quid continere debeat, *vide DD. de Rot. decis. 1. alias 36. de accusatio. in novis, & Clar. in sua Pract. §. injuria.* ¶ Quando aliquis afficitur injuria, non est necesse dicere in libello, vel alio loco, quod proponens injuriatus injuriam ad animam teneat, quia hoc potest colligi ex signis, & verbis. *Hartman. cap. 3. tit. de injuriis, libr. 1.*

TITULUS CCCXXIX.

De defensionibus reorum in genere.

Cap. I. Defensio: Quando licita sit, vel non.

MUltæ sunt causæ, ex quibus in criminalibus reus potest defendi, de quibus vide per *Cravet. cons. 6. Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 90. & Rand. tract. de Analog. cap. 22.* ¶ De defensionibus, quæ possunt adduci pro Doctoribus ratione Doctoratus, *vide per Bartol. in l. 1. C. de dignitatib. lib. 10.* ¶ Quæ defensiones possint adduci per contumaces contra præceptum pœnale factum de registrando bona, quæ virtute præcepti illi non registrarunt, *vide Natt. consil. 338.* ¶ Dilatio defensoria in criminalibus potest dari, etiam post causæ conclusionem, *idem Mann. part. 6. tit. de dilatio.* ¶ Non obstante statuto cavente, quod quilibet contumax habeatur pro confesso, si legitime fuerit citatus, tamen comparens in judicio ad ostendendum de rei innocentia, debet admitti, sed quando, *vide Rol. cons. 47. vol. 3.* ¶ Defensio unicuique de jure licita est, quoad sui, & suorum tutelam. *Ozasc. in sua disputatione, an Principi Christiano fas sit, n. 1. & 14. vide supra tit. quando liceat unicuiq., &c.* ¶ Princeps non potest statuere, ut non detur reo defensionis copia: quia defensio est de jure naturali, & naturalia Princeps tollere non potest: *Afflict. decis. 391. vide Gramm. decis. 36. num. 52. & Hipp. singul. 988.* ¶ Hac ratione defensioni renunciari non potest. *Afflict. d. dec. 391. num. 9. Gom. Leo. decis. 10. in decision. diverso. Tom. 2. vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 49. Ant. Corset. in suis sing. litera P. sing. præfatio. 1. Bart. in l. 47. ff. de pact.* Facit regula illa, quod liber homo non est dominus membrorum suorum, *l. liber homo 13. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Ad defendendam rei innocentiam, an tertius comparere possit sine mandato, *vide Capic. decision. 142. Dec. cons. 429.* Et quid in conjuncta persona, *vide Franc. Marc. q. 164. & d. dec. 143. Capic.* ¶ Quia in criminalibus defensio tolli non potest, naturali ratione dictante fit, ut quis possit se defendere per fas, & nefas; naturalis enim est vivendi dulcedo. *Gram. decision. 36. n. 51.* Ideo Judex defensionis termini reo (etiam non petenti) dare debet: *vide Hippol. singul. 388.* Alias reus condemnari non potest. *Clar. in sua Pract. §. fin. qu. 49. vers. est igitur.* ¶ Defensioni, ubi agitur de pœna sanguinis, Papa, & Imperator derogare non possunt. *Gram. decis. 29. n. 52.* ¶ Reus ante sententiam, semper potest allegare suas defensiones: *Ægid. Bell. conclus. 688. n. 29. & Guid. Pap. sing. 688.* Nec potast Judex in criminalibus de jure statuere reo unam dilationem, & peremptoriam pro tribus. *Jass. Lanf. Balb. decis. 428.* Imo etiam post sententiam. *Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 426. num. 39. & Bartol. cons. 106. volum. 1. & in tract. de quæst. vide l. 1. §. si quis. ff. de qu.* ¶ Tempus defensionis reorum in hac Patria præfigitur spacio unius mensis, ut habetur *in constitut. antiq. Sabaudiæ tit. de tempore ad defensiones faciendas concesso libr. 2.* ¶ In notoriis ordo est, ordinem non servare, sed non ex hoc sunt tollendæ defensiones. *Vincent. de Franc. decis. 324. num. 5. part. 2.* ¶ Si reus accusetur protulisse verba injuriosa contra Principem, arguendo à non verisimili, quæ præsumptiones possint adduci pro rei defensione, *vide Crav. cons. 6. & Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 377.* ¶ Quæ defensiones possint adduci in favorem scribentis epistolam demonstrantem Principem non posse, nec debere imponere onera contra privilegia Communitatis; *vide Roland. cons. 11. volum. 3.* Et pariter, quæ possint adduci contra proclama factum, ut quis teneatur habitare in loco, seu territorio Domini, in quo possidebat aliqua bona, *vide Menoch. cons. 182. libr. 2.* ¶ Reus contra notorium, quando possit suas excusationes proponere, *vide Bartol. in l. scriptus 4. ff. de Relig. & sumpt. fune.* ¶ De defensionibus illustrium personarum, *vide in l. 16. & pen. C. de dignitatib. libr. 12.* ¶ Statuta pœnalia dicuntur tacitam habere conditionem, si delicta dolo committantur. *Magon. decis. Luc. 49. num. 9. vide supra tit. de statut. pœnal.* ¶ Defendere quis alium de jure Civili non tenetur, nisi in certis casibus. *vide Boer. decision. 83. num. 6.* ¶ Factum pro defensione non debet probari ante formatum processum super inquisitione, sine accusatione criminali, *Pap. libr. 24. titul. 5. arrest. 12. vide Bartol. in l. 4. C. de usur. pupilla.*

Cap. II. Quando admittantur testes, vel probatio in defensione.

Post jusjurandum purgatorium accusator non admittitur ad accusandum super eodem crimine, nisi vellet probare, quod jurans pejeraverit. *Mynsing. observ. 82. cent. 2. vide tit. ex. de purgatio. Cano.* ¶ An hoc juramentum purgatorium sit reo deferendum in causis criminalibus, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæstion. 63.* ¶ Idem, quando reus probat illud, propter quod accusabatur, sibi permissum esse de jure. *Claris. §. fin. quæst. 56.* ¶ Licet regulariter probationes debeant de necessitate concludere, tamen hoc fallit in criminalibus pro rei defensione, quia in illis sufficit, ut reddant intentionem Fisci dubiam ad obtinendam absolutionem. *Grammat. decis. 56. num. 18. & 19.* Et probatio semiplena sufficit ad probandam defensionem, quia dubia probatio sufficit, ubi agitur de causa defensionis. *Cravet. cons. 2. num. 16.* ¶ Ad probandam defensionem rei admittuntur testes deponere per verbum, credo, & probant. *Jas. in l. ut vim. ff. de Justit. & jure, Hippol. singul. 19. Jo. de Arnono singul. 24. & Bartol. consil. 15. num. 6. volum. 2.* ¶ Pariter admittuntur testes domestici, *Jas. in d. l. ut vim num. 5. ff. de Instit. & jure. Francisc. Marc. quæstion. 286. part. Natt. 2. cons. 359. Jo. de Arnono singul. 25. Alois. de Albert. singul. 19.* Quia testes, qui alias non admitterentur, admitti debent indistincte pro defensione, & favore reorum. *Grammat. decis. 56. num. 16.* ¶ Testes Fisci in criminalibus debent esse integri, & omni exceptione majores, & contra, ad defensionem rei admittuntur familiares, & minus idonei. *Francis. Marc. quæst. 423. num. 22.* Imo inhabiles. *Papon. libr. 9. titul. 1. arrest. 35. & Cravet. cons. 2. num. 10.* ¶ Accusatus potest ad sui defensionem uti testibus per se reprobatis. *Papon. libr. 24. tit. 5. arrest. 11.* ¶ Conjuncti testes etiam admittuntur, ad probandam defensionem. *Cravet. consil. 119. n. 9. Natt. cons. 359.* Sed quando frater pro

fratre

fratre admittatur, *vide Joan. de Arnono sing. 40.* Et hoc casu probationes leviores sufficiunt. *Cravet. consil. 75. num. 12.* ¶ Testibus examinatis per Judicem ex officio super accusatione, accusatore non petente, an fides præstetur, *vide Bart. in suis quæstion. quæst 14.* ¶ Testes in criminalibus tenentur rationem reddere etiam non interrogati, alias non probant. *Marant. in suo Spec. part. 6. tit. si autem producuntur testes, num. 12. & Cravet. consil. 113. num. 10.* Et hoc verum si deponant contra eum, secus si pro illo. *Hippol. sing. 658.* ¶ Testis deponens vidisse accusatum percutere, ad sui defensionem, probat, & facit locum absolutioni. *Bart. consil. 110. vol. 1.* ¶ Testes deponentes de bonitate alicujus aliis præferuntur, cæteris paribus. *Cravet. consil. 6. num. 63. & consil. 75. num. 12.* ¶ Absolutio condemnatione favorabilior est: ideo licet duobus testibus affirmantibus quam decem negantibus magis credatur, tamen in criminalibus id locum non habet. *Hippol. sing. 541.* In quibus favore rei magis creditur testibus negantibus. *Felin. consil. 50. num. 28.* ¶ Maleficium debet probari per testes, & non per instrumenta. *Bart. in l. 3. §. idem, ff. de testibus.* ¶ Sicut testium depositiones ampliantur in criminalibus pro defensione inquisitorum, sic & testes contrarii sunt adstringendi, & multum reprobandi, nisi sint omni exceptione majores. *Gram. decis. 56. num. 9.* ¶ Testibus deponentibus pro non delicto magis creditur, & deponentibus quem bonum potius statur, quam deponentibus quem malum. *Joseph. Ludov. decis. Luc. 3. num. 22. & 24.* ¶ An publicatis processu, & attestationibus utriusque partis, possint de novo in criminalibus examinari testes ad offensam, & ad defensam, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 61.* Quoad defensam pro affirmativa, *scribit Natt. consil. 359.* Etiam super iisdem capitulis. *Natt. ibid.* ¶ Statuto cavente, quod filius puniatur propter delictum patris, filius comparendo pro suo interesse, & dando capitula defensionalia, debet admitti non obstante contumacia patris delinquentis, *Hieron. Mago. decis. Luc. 94.*

Vel non.

Plures imperfectæ probationes regulariter in criminalibus non possunt conjungi ad faciendam plenam probationem, & perfectam ad hoc, ut reus possit condemnari. *Mysing. observ. 33. cent. 5. vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 63.* ¶ Testes singulares in delictis non concludunt ad condemnationem, sed ad minus requiritur, ut duo eodem statu deponant, *vide observat. 60. Senat. Thol. in decis. divers. fol. 164.* ¶ Minor 20. ann. in criminalibus non potest esse testis, sed si examinetur, an faciat judicium, *vide Bartol. in l. 1. §. impubes. ff. ad Senatusconsult. Syllania. & in l. 2. §. pupillus, ff. de accusatione.* ¶ Advocatus Fisci, vel ejus Procurator non debet esse præsens, quando in causis Fiscalibus examinantur testes contra Fiscum. *Petr. Benint. decis. 60.* ¶ Particeps criminis in criminalibus, non est idoneus testis. *Franc. Marc. quæst. 423. num. 17. & 18. vide supra titul. de judic.* ¶ Æquivocum non probat ob incertitudinem, quia quod multipliciter intelligi potest, ejus veritas ignoratur, & multæ in hanc rem scribuntur conclusiones pro defensione reorum, *per Raud. tractat. de Analog. cap. 31.* ¶ Testes in criminalibus non deponentes verisimilia dicuntur de falso suspecti. *Cravet. consil. 115. numer. 12.* ¶ Quæ probationes requirantur in criminalibus & quæ non admittantur, *vide Dec. consil. 499.* § Sanguinem suum redimere unicuique licet quoquo modo. *Ozasch. decis. 66. Marc. quæst. 660. part. 1. & quæst. 92. part. 2.* Tamen alteri hoc non permittitur, veluti Advocato. *Marc. de Mant. singul. 456.* ¶ In criminalibus quando liceat se quoquo modo redimere, *vide Bart. in l. 1. C. de jurejur. propt. calum. dan. & in l. qui explicandi 10. C. de accusatio. Hartman. cap. 11. titul. de accusat. lib. 2.* ¶ In criminalibus probationibus vice, juramentum deferre licitum non est, *Senat. Tholet. observ. 65. fol. 265. & gloss. in cap. cum 33. ext. de testibus.* Nec ad dictum unius testis quis puniendus est. *cap. veniens. 10. eod.* ¶ Quando tractatur de puniendo reo, probationes debent esse certæ, plenæ, & concludentes: nam in pœnalibus non est locus juramento suppletivo. *Rot. Genuens. decis. 5. & Boer. decis. 288.*

Cap. III. Quæ præsumantur, vel non.

Præsumptiones duæ ubi concurrunt, quantum una est exclusiva delicti, & alia inclusiva, semper attenditur exclusiva. *Gram. decis. 18. num. 5. Franc. Marc. quæst. 423. num. 21. vide Bart. in l. 3. §. eleganter. ff. ad Syllania. & Fel. consil. 50. num. pen.* ¶ Probus vir dicitur habere præsumptionem juris pro se. *Ozasch. decis. 71. num. 25.* ¶ Actus ubi ad delictum, & non delictum tendere potest, in dubio pro exclusione delicti præsumendum est, *Franc. Marc. quæst. 695.* Ideo si in aliqua parte mensis factum esset punibile, in aliqua non, non sufficit in accusatione expressio mensis, sed debet declarari pars illius punibilis, alias reus debet absolvi: idem in loco. *Jaff. Lanfr. Balb. decis. 20. vide Jas. de actio. & sequens, vers. ex maleficio, num. 59. Bartol. in l. 8. §. sed & probari, ff. de oper. nov. nunciatione.*

Vel non.

Nemo præsumitur velle juramentum contemnere, & propriam offendere salutem. *Ozasc. decis. 66. num. 14.* ¶ Ex delictis de præsenti, non præsumitur in præteritum. *Ozasc. d. decis. 138. num. 30.* ¶ Omnis injuria, quæ fit à parentibus usque ad septimum gradum, non præsumitur animo injuriandi facta. *Bartol. in l. 3. ff. de Institut. & jur. num. 4.* ¶ Morti proximus non præsumitur mentiri, nec esse immemor salutis æternæ. *Ozasch. decis. 79. num. 20. Gram. decis. 56. num. 14.* Nam mortis proximus in eo, quod agit potius arguit desiderium salutis, quam fraudem, de qua in extremis laborantes non videntur cogitare; sed solum de salute. *Gram. d. decis. 56. numer. 15.* Ideo in hoc casu exculpatio socii criminis prodest exculpato. *Ozasc. d. decis. 79. num. 21. Bald. & Jas. in l. 1. Cod. commun. delegat. Alexand. in l. si quis. §. moriens. ff. ad Syllania. & consil. 24. vol. 2. Crpo. consil. 2. in fine.* Licet ante eum inculpasset. *Gram. vot. 3. num. 16. & 17. vide Gram. d. decis. 56. num. 11. & vot. 24. num. 14. Cravet. consil. 6. num. 61. & Clar. in sua Pract. crimin. §. final. quæst. 52.*

Cap. IV. Pœna quibus modis intelligatur.

In pœnalibus, & odiosis masculinum non concipit fœmininum. *Boer. decis. 316. num. 8.* ¶ Verba in pœnalibus debent proprie intelligi, & in exorbitantibus restringi; in correctoriis autem extendi non debent. *Cassad. decis. 32. num. 4. titul. 1.* ¶ Capitali pœna à lege vel statuto imposita, de mitiori intelligitur. *Marant. in suo Spec. de ordin. judic. part. 4. distinct. 2. titul. an sit judicium civile, vel criminale.* ¶ Pœna non debet excedere proprium casum, & ut odiosa restringi debet; non ampliari. *Anton. Corset. in suis singul. liter. A. sing. addit.* ¶ Extensio de casu ad casum non fit in pœnis. *Afflict. decis. 21. num. 7. Ægid. Bellam. conclus. 688.* Etiam ex majoritate rationis. *Vincent. de Franc decis. 315. num. 8. part. 2.* ¶ Pœna non debet excedere delictum, *cap. 2. ext. de his, quæ fiunt à majori part. cap.* Sed jussus quando excuset, *vide Bartol. in l. 6. §. qui jussu, ff de his, qui not. aut infam.* ¶ Computatio graduum secundum jus Civile attenditur, quoad punitionem maleficiorum. *Bart. consil. 224. vol. 1.*

Cap. V. Qui condemnari possit, vel non.

An condemnatus semel per ordinarium secularem, vel Ecclesiasticum, minori, tamen pœna, quam meretur delictum, possit iterum condemnari, & puniri de eodem delicto, *vide Boer. decis. 289. Franc. Marc. quæst. 907. & Marc. de Mant. singul. 240.* ¶ Nec suspicionis arbitrio, nec ante verum & justum judicium, quis condemnari debet, *cap. 1. semper 2. quæst. 1.*

Vel non.

In criminalibus, accusatore non probante, reus etiam absolvendus est, sed quæ sit forma: & effectus hujusmodi absolutionis, *vide Clar. d. §. fin. q. 62.* ¶ Si probatum sit delictum, non autem qualitas delicti, an reus sit absolvendus, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 66. Rol. consil. 11. vol. 3. Hippol. singul. 187.* ¶ Accusatio, vel inquisitio si facta fuerit de insultu facto armis, vel percussione, cum sanguinis effusione, & postea probetur simplex insultus sine armis, vel percussio sine sanguinis effusione, debet ferri sententia absolutoria. *Abb. consil. 78. part. 1.* ¶ Difficillimum est magnum temperare dolorem. *Hippol. singul. 455.* Ideo, si propter illum quis excedat, mori non debet; sed mitius puniri. *Gram. decis. 98. num. 6.* Homo enim incenso calore iracundiæ motus, non est in plenitudine intellectus. *Felin. consil. 50. num. 18.* ¶ Simplicitati parcendum est, & sine causæ cognitione non debet quis condemnari, nisi in notoriis, *cap. ad audientiam 34. ext. de appellat.* ¶ In casibus 24. dignis pœna corporali, reus ad mortem non damnatur, refert *Cassan. in consuet. Burg. tit. Des Justices. §. 5. gloss. 13. num. 15. usque ad 124.* ¶ Inquisitus absolvendus est, quando non constat delictum fuisse commissum, vel si constet, ignoretur quale sit. *Bart. in suis quæstionib. quæst. 17.* ¶ De illo, qui accusabatur veneno occidisse hominem, multis contra ipsum resultantibus præsumptionibus, quia nihilominus fuit absolutus, quia non constabat mortuum fuisse occisum veneno, *vide Rot. Avenio. decis. 20. in decis. divers.* ¶ Si quis confiteatur se occidisse aliquem, ex confessione condemnari non potest, nisi constet de cadavere occisi, *Cravet. consil. 211. num. 3. vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 52. in fine, facit cap. 21. §. quæsivisti, ext. de accusat.* Quia antequam procedatur contra aliquem criminaliter, sive per accusationem, sive per inquisitionē, oportet prius constare delictum fuisse commissum. *Cravet. consil. 244. Bart. in l. 25. de testam. militar.* Est etiam necessaria probatio identitatis ad delicti probationem. *Cravet. dict. consil. 244.* ¶ Propter præsumptionem etiam vehementem, non debet quis de gravi crimine condemnari. *c. literas 14. ext. de præsumptio.* ¶ Præmissis itaque rationibus Judex in re dubia in criminalibus, debet inclinare in mitiorem partem, & majorem consequetur honorem in absolvendo reo, quam in condemnando. *Gram. decis. 28. num. 25. & 26. pulchrè Cravet. consil. 6. num. fin. Azo. in summa titul. C. de pen. num. 17.* Nam incerta, & dubia judicari non possunt. *cap. nomen. 2. quæst. 1.* Nec in illis sententia certa proferri potest. *Cravet. consil 8. num. 11.* ¶ Si probetur delictum, de quo reus imputabatur, non fuisse commissum, debet ille absolvi, *Clar. §. fin. quæst. 52.* ¶ Condemnatus miraculosè semel evadens, liberatur, *Boer. decis. 217. n. 17.* Ubi scribit plura exempla, *vide Papon. lib. 24. titul. fin. arrest. fin. & Raud. tractat. de Anal. cap. 22.* ¶ Condemnatus si pro patrimonio à muliere postuletur, debet à pœna mortis liberari, *vide Boer. d. decis. 217.* Sed quando, *vide Papon. lib. 24. titul. 10. arrest. fin. d. lib. 24. titul. ultimo.* ¶ Decuriones, & eorum liberi non damnantur ad metallum, nec fustibus cæduntur. *Gram. dec. 31. n. 4.* ¶ Mori non debet quis pro uno delicto, licet enormi. *Boer. decis. 173 num. 9.* Nec illi est amputanda manus. *Joseph. Ludov. dec. Luc. 15. num. 90.* ¶ Verba debent intelligi impropriе, & secundum fictionem, ut delictum evitetur. *Cravet. consil. 9. num. 24.* ¶ Insultans, & vulnerans non est condemnandus de insultu, & vulnere, stante statuto disponente, delinquentem esse puniendum diversis pœnis pro his duobus delictis. *Bart. cons. 9. num. 6. vol. 2.*

Cap. VI. Qui puniri possint, vel non.

Delictum gravius, vel leviter punitur ex pluribus causis accidentalibus & qualitatibus, *de quibus vide per Joseph. Ludov. decis. Luc. 15. num. 63.* ¶ Pœna mortis ubi venit imponenda pro aliquo delicto, & ex aliqua causa illa minoratur, talis pœna minorata, non poterit esse capitalis, nec corporis afflictiva, sed pecuniaria. *Gram. decis. 8. 23. num. 8. 74. num. 7. & decis. 98. num. 9. Hippol. singul. 185. idem Gram. vot. 5. 23. & 24. & Rol. consil. 51. num. 40. vol. 1.* ¶ Delictum si variis pœnis puniatur, & mitiori pœna quis fuerit punitus, non poterit amplius majori pœna puniri. *Vincent. de Franc. decis. 324. part. 2. & Pap. lib. 19. tit. 8. arrest. 10.* ¶ Pœnam specialem, quæ à jure non est, expressè statuta imponere debemus, quia pœna certa à jure inducta, & non alia est imponenda. *Cassa. d. decis. 2. tit. de jurejurand. & Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 276.* ¶ Plus punitur delinquens ex certa scientia, quàm ex ignorantia. *cap. nihil 44. ext. de electio.* ¶ An conatus in enormissimis, & atrocioribus delictis puniatur, licet non fuerit sequutus effectus, *vide Ozasch. decis. 19. Boer. d. decis. 316. Joseph. Lud. decis. 15. Luc. num. 13. Gram. vot. 9. & dec. 38. num. 8. Cabal. milleloq. 616.* Quod puniatur pœna extraordinaria, *scribit Clar. in sua Pract. crim. §. fin. quæst. 92.* ¶ Conatus etiam in atrocibus pro consummato crimine non habetur, quando pœna est statutaria. *Afflict. decis. 21. num. 10. vide Gram. decis. 7. num. 13. 15. & 18. & decis. 74. num. 5. Pet. Roy. decis. 3. Litua. num. 61. in decis. divers.*

Vel non.

Sponte se offerenti parcitur. *Bart. in l. 3. §. quid. ff. de alienatio. mutan. jud. caus. fact. facit l. edicto 13. ff. de jure Fisci.* ¶ Notario non interdicitur officium ob delictum commissum extra officium notariatus. *Bartol. in l. 5. §. nunc videamus, ff. de suspect. tut. vide supra tit. de Tabellio.* ¶ Uxor receptans maritum bannitum, vel alias delinquentem, non punitur. *Rol. consil. 54. vol. 1.* ¶ Conatus non punitur, data pœnitentia sine impedimento. *Cap c. decis. 155. num. 21.* ¶ Si te offendam causa juvandi extraneum, non teneor. *Bartol. in l. culpa 51. ff. de reg. jur.* ¶ Quæ fiunt contra urbanitatem, & civilitatem, quæ non sunt præcepta, sed consilia, non puniuntur. *Bart. in l. creditores, 3. C. de pign. num. 4. 2. lectn.* ¶ Ignoscendum est illi, qui provocatus voluit ulcisci. *gloss. in verbo defensio. c. cum inter 5. ext. de except.* ¶ Deliquens semel non debet æqualiter puniri, atque delinquere consuetus, *Gram. decis. 5. num 37.* ¶ Pariter dum est persona honesta, nec alias solita delinquere, potest pœna ordinaria minui. *Gram. decis. 23. num. 7.* ¶ Accusati boni mores, honestas, ac optima fama, & vita, & non consueti alias delinquere in similibus faciunt, ut Judex pœnam ordinariam minuere debeat, & etiam indulgere. *Gram. decis. 107.* ¶ Quod sit simpliciter, & bona fide, puniri non debet, nec qui id facit, quod sibi licere putat. *Cravet. consil. 2. num. 24. cons. 9. num. 31. & cons. 75.* Hoc verum, quando non sumus in prohibitis. *idem Cravet. cons. 6. num. 89.* ¶ Delictum punibile esse non potest, quod in alterius damnum non tendit, *Ozas. decis. 109.* quod declaratur. *ibid. num. 7. vide Gram. decis. 2. num. 37.* ¶ Scribens, vel committens falsum sine dolo, non

non punitur. *Bartol. in leg. 21. §. si servus. ff. de actio. rer. amot. vide supra ad leg. Cornel. de fals.* ¶ Pœna privationis non incurritur, nisi in casibus in jure expressis. *Vers. decis. 216. num. fin. part. 2.* ¶ Cogitationis pœnam nemo meretur, *l. cogitationis 18. ff. de pœnis, vide gloss. in §. sed et si, Instit. de oblig. quæ ex quasi delicto.* ¶ Delictum sine fraude, & dolo commissum, non dicitur esse punibile, *Ozasch. 109. vide Cravet. consil. 8. vide Menoch. cons. 98. vol. 1.* Nam cessante dolo, de pœna aliqua tractari non oportet. *Cravet. cons. 219. num. 15. vide Clar. in sua Pract. crim. §. fin. quæst. 84.* ¶ Pœna dupli non potest quis puniri pro eodemmet crimine. *Gram. vot. 2. num. 11. vide Maran. in suo spec. part. 4. distinct. 1. tit. an sit judicium civile vel criminal.* ¶ Malum contingens ultra intentationem nostram, nobis non est imputandum. *Ozas. in sua disputatione, an Principi Christiano fas sit, &c. n. 9. inter ejus decisiones; Hippol. singul. 176. & Bart. cons. 111. volum. 2.* ¶ Quod fit lege permittente non punitur, *sed vide Ozas. num. 14.* ¶ Scientia est de substantia delicti in omittendo, & delictum, quod committitur in negligendo, non punitur criminaliter. *Ozas. decis. 71. num. 36. & 37.* ¶ Unus pro alio puniri non debet, ideo dominus non tenetur pro delicto famuli, nec pater pro delicto filiorum etiam ratione legitimæ, *Clar. ibid. quæstione 86* Nisi statuto contrarium caveatur. *vide infra lib. 2. tit. de legitima libero.* ¶ Cridæ, seu proclamata rem perfectam requirunt, & pœna ex alienatione nulla, non incurritur *Marc. quæst. 391. part. 2.* ¶ Legibus omnibus conatum punientibus hodie per consuetudinem generalem totius Italiæ derogatum est. *Ozas. decis. 19. num. fin. Joseph. Ludov. decis. Luc. 15. Boer. decis. 316. vide D. Tessaur. decis. 243. Gram. decis. 2. num. 13. & 18. Cabal. milleloq. 616. Pet. Roy. decisio. 3. Litua. in decis. divers. fol. 386. Clar. in sua Pract. §. final. quæst. 92. Maran. in suo Spec. disputation. 3. num. 16. Meno. de arbitr. libr. 2. cas. 160. ubi plene. & pulchre, & Maran. in suo Specul. part 4. distinct. 1. tit. an sit jud. civil. vel criminal.* ¶ Præmissa conclusio procedit quoad pœnam ordinariam, secus quoad extraordinariam. *Gram. decision. secunda. & vot. 8. vide Perillustr. D. P. Tessaur. in decisione 243.* Sed quid observetur in hac Patria Pedemontana, attentis novis ordinibus, *vide dict. decis. 243. Tessaur.* ¶ Culpa ubi non est, regulariter pœna esse non debet, quia delicta suos auctores tenere debent. *Ozasc. decision. 88. num. 3. & gloss. in cap. 2. ex. de constit.* ¶ Exportare quid prohibitus, antequam loci fines excedat, non incidit in pœnam. *Pet. Roy. decis. 3. Litua. num. 27. in decis. divers.* ¶ Pœnæ diminutio in delinquente erit justa causa, propter multa servitia præstita Principi, seu Reipubl. *Grammat. decision. 23. num. 15.* ¶ Pœna minuitur ex multis causis, *de quibus vide per Joseph. Ludovic. decision 15. Luc. num. 63. 70. 72. & 73. Raud. tract. de analog. cap. 22. Azo. in summa tit. C. de pact. n. 3.* ¶ Pœna ex causa venit mitiganda. *Marc. de Mant. sing. 351.* ¶ Si manus debeat abscindi, minus potens abscinditur. *Bart. in leg. 2 C. de serv. fugit.* ¶ In dubio judicandum est pro reo, ne pœna locum habeat. *Ozasc. decis. 71. num. 67. Joseph. Ludov. decis. Perus. 85. Crav. consil 244. num. 5. vide Anton. Trigon. sing. 70. Hippol. singul. 218. Bart. cons. 111. vol. 2.* Et semper præsumitur pro eo quod delictum excusat. *Cravet. d. cons. 244. Gram. decis. 50. num. 17. & Bartol. in l. 8. §. sed ut probari. ff. de oper. nov. nunc.* ¶ Interpretatio ea facienda est, ut delictum evitetur. *Ozas. decis. 79. num. 27. Cravet. cons. 9. num. 20. & cons. 18. num. fin. cons. 151. num. 18. & cons. 205. Bart. cons. 2. vol. 2.* Et strictior facienda in pœnalibus, & odiosis. *Gram. decis. 74. num. 8. & Abb. consil. num. fin. part. 1.* Aut lata; quando est utilior reo, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæst. 69. num. 24.* Nam in dubio pœnæ non sunt exasperandæ, sed molliendæ. *Bart. consil. 32. vol. 2.* ¶ In criminalibus causis, quando variæ reperiuntur Doctorum opiniones ea tenenda est, quæ imponit mitiorem pœnam. *Ozas. decis. 164. num. 15. vide Cassad. decis. 5. num. 21. de constitution.* ¶ Ex duobus pœnis intentatis, mitiorem sequi debemus. *Bart. consil. 33. vol. 1.* ¶ Præscriptio viginti annorum tollit accusationem, & officium Judicis in omnibus criminalibus. *Jaff. Lanf. Balb. decis. 486. Papon. lib. 24. tit. 11. arrest. 1. Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 51. vide Perillustr. D. P. Thessaur. decis. 208.* ideo, lapsis viginti annis, delinquens non poterit amplius inquiri: & crimen adulterii, & stupri præscribitur quinquennio, nisi cum illo concurrat incestus, vel violentia. *Boer. decis. 26.* Tamen talis præscriptio non currit, existente ignorantia delicti; veluti si ignoretur contra quem de delicto sit agendum. *Boer. decis. 26. num. 16.* ¶ Ex diuturnitate temporis pœna minoratur, sed quando, *vide Perillustr. D. P. Thessaur. decis. 70.* ¶ Nobilitas etiam alleviat pœnam delicti in tantum, quod pœna minoretur, & hac ratione Nobiles mitius puniuntur, quam populares, *Gram. decis. 23. num. 9. vide eundem, decis. 32.* Quod procedit in pœnis corporalibus. *Gram. vot. 23. num. 25. vide Gom. Leo. decis. 28. in decis. divers.* ¶ Nobili regulariter non imponitur pœna ignominiosa: *Gram. decis. 32.* ¶ Dolor justus facit, ut pœna ordinaria ex dolore causata temperari debeat in delictis, *Gram. decis. 5.* Vel vehemens iracundiæ calor. *Andr. Gail. observ. 106. lib. 2. num. 12. vide Lud. Rom. sing. 514. num. 5.* ¶ Ubi ad incurrendam pœnam requiritur dolus, non sufficit quod culpa adsit. *Abb. cons. 4. part. 1. num. fin.* ¶ Delictum mali exempli commissum lata culpa, non punitur pœna mortis. *Marant. in suo specul. de ordin. judic. part. 4. distinct. 1. judic. tit. an sit judic. civil. vel crimin. n. 79.* Sed quid de levi culpa, *vide ibid. n. 86.* vel levissima, *num. 89.* ¶ Quando culpa puniatur saltem pœna extraordinaria, *vide Jaso. in l. in actionibus, num. 24. ff. de jurejur. & Bart. in l. respiciendum 11. §. delinquunt. num 4. ff. de pœn.* ¶ Quando quis accusatur de turbata possessione, criminaliter accusari non debet, si dicat se esse in possessione ita faciendi: quia super hoc debet agi civiliter, *Cravet. consil. 280.* ¶ Præbentes auxilium, consilium vel favorem maleficio, mitius puniuntur, quam principales delinquentes, licet statuto caveatur, quod puniantur eadem pœna, *vide Hippol. sing. 15.*

Cap. VII. Quando pœna evitetur, vel non.

Deferens arma prohibita, dissimulantibus & tolerantibus Officialibus, pœnam evitat. *D. Sol. in proœm. gl. 2. num. 43.* Et communis error populi facit jus, *ibid. n. 44.* ¶ Nemo tormentis se submittere tenetur, nec in discrimine vitæ suæ ponere. *Ozas. 8. n. 2.* ¶ Negationis pœnas evitat, qui nondum convictus se ipsum corrigit. *Ozasc. d. decis. 66. num. fin. vide eundem, decis. 79. n. 18.* Sed pœnitentia in delictis quando prosit, *vide Capic. decis. 159. num. 20.* ¶ Augmentatio pœnæ, quæ venit ex accidenti præter naturam, non inspicitur, *Bart. cons. 40. vol. 2.*

Cap. VIII. Qui, qua, à quibus excusentur.

An præceptum Judicis excuset à pœna, *vide Guid. Pap. quæst. 340.* ¶ Iracundiæ calor quando excuset in delictis, *vide Boer. decis. 168. n. 15.* ¶ Bona fides potest causari, non solum ex justis rationibus, sed etiam ex injustis, & temerariis. *Raud. tractat. de Analog. cap. 37. num. 143.* ¶ Consuetudo licet sit prava, injusta, & temeraria, tamen excusat à pœna temporali. *Gram. decis. 50. num. 3. vide nihilominus ibid. n. 5. & Cravet. consil 280. circa medium.* ¶ Consuetudo reprobata excusat quem à pœna tem-

temporali non autem à gehennali. *Ludov. Rom. sing. 19.* ¶ Consuetudo Provinciæ excusat in aliis, in quibus aliquando quis excusaretur. *Bart. in l... C. de exact. & transl. lib. 12.* Sed quando alias consuetudo excuset, *vide supra tit. de consuetudine.* ¶ Delinquentes ignoranter excusantur quando delictum non committitur principaliter in injuriam alterius; aliàs secus. *Bartol. in l. adulterium. 38. ff. ad leg. Jul. de adult.* ¶ Delinquere qui incoavit, & non perfecit, quia noluerit excusatur. *Bart. in l. qui falsum 19. ff. ad leg. Cornel. de fals.* ¶ Producens falsum instrumentum, potest usque ad sententiam de errore suo ostendere; & qui produxit falsum aliquod, si abstineat ab usu excusator, nisi procuræsset fieri falsom. *Bartol. eod. divus 31. eod. tit.* ¶ Fama excusat à præsumptione doli à pœna. *Bart. in l. fin. ff. de hered. instituend. num. 7. & 8. & in l. 30. §. quod. ff. de acquir. hered.* ¶ Credens consilio alterius, si per se scire non debet, excusatur. *Bart. in l. bonorum 10. ff. de bonor. possessio.* ¶ Pœna non inducitur contemnenti reformationem statuti, si statutum reformatum solum pœnam inducat *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 276. numer. 2. sed vide ibid. numer. 3.* ¶ Furiosus delinquens quando à pœna excusetur, *vide Menoch. ibid. cas. 325.* Quando ebrius, *cas. 326. vide cap. fane 15. quæst. 1. & Bartol. in l. 11. §. delinquunt. ff. de pœn. num. 3.* ¶ Dormiens delinquens quando excusetur a pœna, *vide Menoch. ibid. cas. 327.* Quid in capto amore, *cas. 328.* ¶ Proclamata non servata, non ligant, *Rebuff. in constit. Reg. gloss. 5. proœmio, num. 16.* ¶ Falsis mensuris utens minister, & conductor molendini, excusatur, si illas habuerit à domino molendini & illis usus fuerit bona fide, prout usus fuerat ejus antecessor. *Nat. consil. 72. Tom. 1. vide supra tit. de mensurio.* ¶ Ratio justa credendi excusat à pœna. *Ozas. decis. 71. num. 16. vide Guid. Pap. quæst. 446. Gom. Leo. decis. 28. in decis. divers. Cravet. cons. 2. num. 8. & cons. 319. num. 14. Bart. in Authent. ingressi. C. de Sacrosanct. Eccles. num. 23. & in l. Titio. 72. ff. de condition. & demonstrat.* ¶ Rumor, publicaque fama in civitate, præstant justam causam credendi. *Bart. in l. fin. ff. de hered. instit.* ¶ Causa etiam injusta, vel fatua excusat à dolo, & à culpa. *Ozas. decis. 71. num. 17. Rot. Genuens. decis. 56. num. 6. Afflict. decis. 31. in fine. Boer. dec. 168. num. 11. Franc. Marc. quæst. 51. num. 10. part. 2. & quæst. 940. Cassad. decis. 36. num. 4. in tit. de pensionib. decis. 2. & 6. tit. de caus. possess. & propriet. Hieron. Mago. decis. 27. num. 32. Luc. Gom. Leo. dec. 28. & 62. in decis. divers. Clar. cons. 18. num. 9. & cons. 319. num. 14. Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 56. vers. & generaliter.* Verum quod causa injusta non excuset à pœna; sed solum justa, scribit *Marc. de Mant. sing. 41.* ¶ Quæ per justum metum fiunt, excusationem merentur. *Gram. decis. 5. num. 11.* Sed quando, *vide ibid. decis. 18. Cravet. consil. 319. num. 5. & Fel. cons. 50. num. 17.* ¶ Error facti, & quælibet causa colorata excusat à pœna. *Fel. cons. 34. num. 19.* ¶ Quælibet causa excusat à pœna ordinaria, & à dolo, & tunc excedens modum in se vindicando, tenetur de culpa, & non de dolo. *Gram. decis. 5. num. 27.* ¶ Incertitudo excusat delictum: nam suspicionibus nemo damnari debet; sanctius enim est impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare. *Petr. Roy. decis. Litua. 5. num. 200. Fel. cons. 49. num. 6. facit l. absentem. 5. ff. de pœnis.* ¶ Qui facit id, quod solitum est, & consuetum, licet illicitum, à dolo, & culpa liber, & immunis erit. *Hippol. singul. 642.* ¶ Ex quibus causis quis possit excusari à dolo, & à culpa, *vide Cravet. consil. 319.* ¶ Actus palam gesti excusationem habent. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 244.* Ideo palam delinquens excusatur, & non deliquisse videtur, error enim potius præsumitur, quam scientia delinquendi. *ibid. num. 11.* ¶ Ratio proximitatis excusat, & repellit suspicionem incestus. *Cravet. consil. 321.*

¶ Parentes à pœna capitis excusantur, quando non revelarunt tractatum, aut defectum filii. *Ozas. decis. 89. num. 9.* Ratione enim sanguinis delinquens mitius punitur. *Gomez. Leo. decis. 28. num. 8. in decis. divers.* Ubi scribuntur quam plura exempla. ¶ Qui tenetur de maleficio inquirere, vel excusetur, quomodo debeat probare diligentiam, *vide Bart. consil. 102. vol. 1. numer. fin.* ¶ Delictum imprudentia commissum excusatur. *Mago. decis. 36. Luc. num. 24.* ¶ Justa causa motos committens crimen, ex quo veniret illi imponenda pœna corporis afflictiva, non tenetur ad illam: quia quælibet causa excusat, quem à pœna corporali. *Gram. vot. num. 22. vide gloss. in §. fin. l. 198. ff. de reg. juris.* ¶ Quis vitio naturali excusatur, nisi culpa sit admissa. *Bart. in l. 27. ff. quadrup. pauper. fecis. dicat.*

Cap. IX. Delictum: dolus, quando præsumatur, vel non.

Dolus non præsumitur contra facientem id, quod cedit ad sui damnum. *Cravet. d. cons. 75. num. 18.* ¶ Pariter non imputatur dolus facienti aliquid, quod & si factum non esset, idem tamen futurus erat eventus. *Cravet. cons. 11. num. fin.* ¶ Culpa quælibet etiam levissima abesse præsumitur ab his, qui operam dant rei licitæ. *Cravet. consil. 319. num. 17.* ¶ Nunquam præsumitur quis delinquere ex actu, quem facit, nisi quando delictum ei esset favorabile. *Cravet. cons. 319. num. 13.* ¶ Lata culpa in criminalibus dolo non æquiparatur: fallit, quoad pœnam pecuniariam. *Ozasch. decis. 104. vide Guid. Pap. quæst. 446. Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 84. Bart. in l. 1. ff. de leg. & in l. 1. §. non autem. ff. si quis testamento.*

Cap. X. Quando committatur, vel non.

Dolus non solet committi sine animo lucrandi, & adversus personam non malivolam: & doli causa cessante, cessare debet doli præsumptio, & ubi causa doli verisimilis nulla imaginari potest, etiam cessat ejus præsumptio. *Craves. consil. 75. num. 13. & 14.* ¶ An ex proposito, & animo, vel casu quis dicatur commisisse delictum, *vide Menoch. cons. 361.* ¶ Maleficium committendum revelare quis non tenetur, ex sola scientia. *Marc. quæst. 771. part. 2. vide ibid. quæst. 773. & Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 355.*

Cap. XI. Quando cesset.

Cessat dolus in eo, qui aliquid accipit, ut domino restituat. *Craves. consil. 319. num.* ¶ Cessat delictum in accessorio, ubi principalis non deliquit. *Cravet. ibid. num. 12.* ¶ Caritate cessante, edicta facta eo tempore. *D. Sol. in constit. antiq. Saband. gl. 2. in proœmio. n. 31.*

Cap. XII. Qui dicatur delinquere.

Respondens facile in dubiis quæstionibus contra Fiscum, non delinquit, *Abb. cons. 106. part. 1.* Qualitas delicti, quæ aggravat, vel exonerat delictum, debet probari: tamen in maleficiis quædam sunt, quæ à jure præsumuntur, & tunc qui allegat contrarium, tenetur probare, *Bart. cons. 41. vol. 2.*

Cap. XIII. Delictum quibus modis intelligatur.

Nunquam ex post facto crescit præteriti delicti æstimatio. *l. 181. §. fin. de reg. jur.* ¶ In delictis potius attenditur animus, quàm actus delinquentis. *Guid. Pap. quæst. 423. num. 5.* Tamen talis præsumitur voluntas præcedens, qualis colligitur ex facto, quod sequitur. *Cravet. cons. 319. num. 11.* ¶ Initium, non autem finem, in delictis favore rei spectari tradit *Hippol. sing. 285. vide Bart. in l. cætera 43. §. sed & si speravit. de legat. 1.* ¶ Occasio non est habenda in consideratione, ubi non

est

est ordinata ad effectum. *Ozasch. decis. 104.* Fallit, *ut ibid. num. 8.* Nam causa facti inspici debet; non ipsum factum. *Cravet. consil. 319. num. 7.* ¶ Delictum commissum noctu est difficilis probationis immo tunc testes deponentes non probant, nisi luna apparente. *Marc. quæst. 764. part. 2.* Delicti etiam noctis tempore commissi ignorantia præsumitur. *Ozasch. decis. 138. numer. 25.*

Cap. XIV. Judex quæ facere possit.

Judex nedum potest, sed debet in pœnis legalibus interdum dispensare, & misericordiæ gratiam impendere. *Gram. decis. 5. num. 34. vide ibid. num. fin.* Nam pœnæ corporales, & pecuniariæ minuuntur certo modo, *vide §. quia vero nos, Auth. ut nulli judicum.* ¶ Inquisitus ubi per indicia indubitata condemnari posset, nunquam judex illi veram, & meram delicti imponere potest, sed mitiorem, *Gram. decis. 8. num. 9. decis. 40. 36. num. 29. vot. 21. num. 8. & vot. 23. Papon. lib. 24. tit. 9. arrest. 1. Rot. Avenio. decis. 93. in decis. divers. Vincent. de Franc. decis. 372. part. 2. Menoch. de Arbit. lib. 2. cas. 274. & Matth. Mathes. singul. 27. in additio. num. 9.* ¶ Statutum, quod non debeat extrahi frumentum de aliqua Civitate, non prohibet extrahi illud, quod ibid. ex alio loco fuerat conductum. *Barth. de Cap. singul. 93.* ¶ Si fiat statutum à Principe, quod qui portaverit frumentum extra Civitatem, cadat in pœnam amputationis manus, tale statutum non comprehendit portantem frumentum extra Civitatem pro usu suo, etiam si postea, mutata voluntate, illud alienaverit. *Hippol. singul. 86.* ¶ Judex inquirit defensionibus rei in criminalibus ex suo officio, licet reus non se defendat. & ad hoc tenetur. *Marant. in suo specul. de ordine judic. part. 6. tit. & pervenitur aliquando per viam inquisitionis, num. 183.* Et de innocentia etiam non allegata. *Boer. decis. 164.* ¶ Judex, ubi per legem punitur affectus, ac si fuisset consummatus, potest arbitrio suo pœnam mitigare. *Afflict. decis. 276.*

Cap. XV. De statuto, sententia.

Statutum vel lex disponens, quod inventus puniatur, intelligitur, si in ipso actu inveniatur, & apprehendatur. *Gomez. Leo. decis. 30. in decis. divers. & Barsatorum in l. si Bariat. 23. Cod. de fidejuss. & mandat.* ¶ Si statuto caveatur, quod citatus non comparens ponatur in banno, de quo non exeat, donec solverit condemnationem, talis citatus non potest compelli ad solvendum, si vellet potius stare in banno. *Jass. Lanfr. Balb. decis. 93.* ¶ Dispositio, quæ loquitur negative hoc modo, si aliquid non fuerit factum non faciens perdat quid, requirit monitionem ad hoc, ut pœna incurratur. *Fel. consil. 34. numer. 11.* ¶ Sententia lata in criminalibus facit jus, quoad omnes & præjudicat etiam non vocatis: quia non debet de eodem delicto pluries quis inquiri, nisi intervenisset collusio. *cap. fin. ext. de collusion. deteg.* Vel quis habuerit causam ignorantiæ. *Franc. Marc. quæst. 238. Nate. consil. 225. Tom. 1.* Vel supervenerint nova indicia. *Marc. de Mant. singul. 239.* Nam de eodem delicto non debet pluries quæri. *Franc. Marc. quæst. 806. part. 6. DD. Rot. decis. 5. titul. de sentent. & re judic. in antiquio. Mago. decis. 36. Luc. Papon. lib. 19. titul. 8. arrest. 14. & cap. 6. ext. de accus.* Quod procedit, quando agitur ad eundem finem; alias secus. *Marc. d. quæst. 806.*

Cap. XVI. De submissione.

Submissio bonæ gratiæ Judicis, vel Domini, quid operetur, & an revocari possit: & quid, si ex ea reus lædatur: & ipsa submissio bonæ gratiæ tacitam conditionem continere censetur, si fiat gratia, alioqui reus in pristinum statum restituendus est. *D. Sol. in constitut. antiq. Sabaud. gloss. 4. super 2 part. decreti, ne maleficia, titul. de accus. fol. 166.* ¶ Submittens se misericordiæ alicujus non intelligitur se submisisse ejus arbitratui; sed videtur se submittere sub conditione, si fiat sibi gratia. *Gaud. quæst. 495.* Et juri suo renunciare non videtur. *Marc. quæst. 389. part. 2.*

Cap. XVII. Miscellanea.

Clausula, qua cavetur esse puniendum dolosum, & temerarium, hominem simplicem, ac sine dolo, & præsomptione non ligat: nam non agens in contemptum legis pœnam non incurrit. *Hippol. singul. 287.* ¶ Necessitas non habet legem, facitque de illicito licitum. *Ozasc. in sua disputat.* sed an Principi Christiano fas sit, &c. *vide Jas. in l. vinum. ff. si cert. pet. num. 3. & ibid. Dec.* ¶ Fugere non dicitur, qui vadit ad Superiorem, & carceratus injuste potest licite fugere. *Boer. dec. 215. num. 28. & 30. vide supra titul. de carcere.* ¶ Dans causam damni, damnum vidisse videtur: fallit, quando quis dat operam rei licitæ. *gloss. in verbo mortuus. §. fin. Institut. de leg. Aquil.* ¶ Præstans opem delinquenti ad evadendum, non videtur opem præstare maleficio. *Bartol. in l. Furtum. 64. ff. de furtis.* ¶ Actio civilis, ubi non oritur, nec criminalis oriri potest. *Marant. in suo spec. de ordin. judic. part. 4. distinct. 1. titul. an sit judic. civil. vel crimin.* ¶ Accusatio agnoscenda est, an sit justa, antequam accusati nomen inter reos deferatur. *Franc. Marc. quæst. 112.* ¶ Accusatio in causa sanguinis licet pecuniam dare; non accipere. *gloss. in verbo nummos. cap. prohibentur. 2. quæst. 1.* ¶ Contra committentem delictum per latam culpam, an possit agi criminaliter, *vide Marant. in suo Specul. de ordin. judic. part. 4 distinct. 1. tit. an sit judic. civil. vel crimin. num. 73.* ¶ Tolerantia superioris dispensationem producit, facultatemque, & securitatem præbet. *idem D. Sol. in proœmio gloss. 2. gl. 4. n. 40. & Cassad. in consuet. Burg. tit. des droicts. §. 7. gloss 19. num. 55.* ¶ Hæresim suam intra quod tempus liceat abjurare, & an etiam post sententiam, *vide Boer. decis. 341. & supra tit. de hæret.* ¶ Nomina possunt mutari, modo id sine fraude fiat. *Franc. Marc. quæst. 211. vide supra tit. de mutat. nomin.* ¶ Congregatio dicitur licita, si fiat ad bonum finem, *vide Cravet. consil. 4. & Inf. lib. 2. tit. de monopolio.* ¶ Quod geri potest duplici jure, videtur geri eo jure, quo res melius valet, & gerenti licet. *Bart. in sua quæst. 9. 3.* ¶ Primi motus non sunt in potestate hominis. *Ozasc. d. decis. 80 num. 3.* ¶ Appellationi expresse renunciari in criminalibus non potest. *Afflict. decis. 78. num. 3.* Nec juri publico, quis renunciare potest. *c. contingit, 36. ext. de sent. excommun.* ¶ Si major contumax fuerit in infirmitate, vel alio impedimento impeditus, cujus respectu intra annum datum ad se purgandum non venerit, restituitur. *Boer. decis. 63. numer. 13.* ¶ In criminalibus proceditur ad instar privatorum judiciorum, *vide infra tit. de argumentis.* ¶ Quando scriptura superioris prima facie deviat ab honestate & justitia, non tenetur officialis, aut subditus immediate parere, sed supersedere debet, & scribere superiori. *Cravet. consil. 319. num. 19. vers. nam quando.* ¶ An reus petens veniam delicti, censeatur illud fateri, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 49. in fin.* ¶ Quidam natura recusaverat recipere in navim quosdam bubulcos, qui propterea coacti fuerunt aquarum furori se committere, altero illorum submerso, & mortuo, nauta inquiritur à Fisco. *Cravet. illum defendit, consil. 8.* ¶ Mentiri quis potest illi, qui objicit aliquod crimen: & litigat juste, qui litigat causa sui pudoris conservandi. *Bartol. in leg. qua omnia 25. §. sed §. de procurator.* ¶ Inter conjunctas personas non

non permittit naturale fœdus turpe aliquid suspicari, *cap. pen. ext. de præsumpt.* ¶ Legitime, quid accipitur ultra debitum principale, quando rei periculum est recipientis. *gloss. in cap. si fœneraveris. 14. quæst. 3.* ¶ Prohibitio generalis restringi debet, ut non comprehendat notorie licita, & publice facta, & alias restingitur per *Cravet. consil. 3.* ¶ Prohibita re uti licet, quando est aliquid permissum, ad quod perveniri non potest, nisi per rem prohibitam. *Fel. consil. 16. num. 4.* ¶ In rixa præsumitur quis fuisse in dubio animo meditandi, & separandi rixantes: non animo offendendi. *Cravet. consil. 151. num. 18. vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 361.*

TITULUS CCCXX.

De defensionibus pro excusatione homicidæ.

Cap. I. Defensio: Quid sit: Qui suscipere possit.

QUæ sit, & dicatur legitima defensio corporis, & rerum, *vide supra titul. quando liceat unicuique*. ¶ Defensionem non solum suam, & suorum, sed etiam extranei in periculo vitæ existentis, quis suscipere potest, *maxime socii. Dec. cons. 469.*

Cap. II. Quibus modis probetur.

Homicidium, quem ad sui defensionem fecisse probant testes domestici, & alias suspecti, ut puta frater pro fratre, dominus pro servo, Abb. pro Monacho Episcopus pro Clero, & similes: sed ut probent concludenter, quomodo debeant deponere, *vide Matth. Mathes. singul. 37. in addit. num. 11.* ¶ Quod quis occiderit aliquem ad defensam, probatur per conjecturas, quæ relinquuntur judicis arbitrio. *Jas. in l. ut vim, num. 7. ff. de just. & jur.* ¶ Si quis occiderit aliquem, & probaverit, quod occisus veniebat contra se cum ense, vel cultello, dicitur probasse fecisse ad defensionem. *Jas. ibid. num. 9. & Bart. in l. sed & si. ff. ad leg. Aquil.* ¶ Si testes deponant vidisse Titium interficientem Cajum ad sui defensionem, satis erit probata defensio. *Petr. de Raven. singul. 732.* ¶ Negans fecisse homicidium, & postea convictus, si dicat fecisse ad sui defensionem, debet audiri, quantum ad pœnam principalis delicti, non quantum ad pœnam negationis ei impositam. *Bart. in auth. contra qui C. de non numerat. pecun. & in l. 25. ff. de probat.* ¶ Homicidium fuisse commissum ad defensionem probatur per testes deponentes de aggressione alterius, vel de crudelitate. *vide Boer. d. decis. 164. num. fin.*

Cap. III. Quæ præsumantur pro defensione.

Aggressor an præsumatur, qui interfectus est, ut dici possit occisor fecisse ad defensionem, *vide Boer. dec. 237.* ¶ Inter corrixantes, si non appareat quis primum inceperit, præsumptio est contra magis rixosum, seu consuetum rixari, & contra, præsumitur pro eo, qui est pacificus, & quietus. *Gram. vot. 23. num. 24.* ¶ Robustior præsumitur aggressor, dum non apparet, quis primum insultaverit. *Gram. d. vot. 23. num. 14.* Et etiam ex verbis potest præsumi, quis fuerit insultor. *ibid. num. 5. & vot. 24.* ¶ Percutiens baculo non videtur habere animum occidendi, quia in percussore animus occidendi, vel non præsumitur ex genere armorum, & factis datur voluntas intelligi. *Gram. vot. 23. num. 5.*

Vel non.

Insultans semper præsumitur, fecisse ad sui defensionem licet modum, & causam defensionis excedat etiam fugientem prosequens, dummodo in ipso actu. *Boer. decis. 168. numer. 7.* ¶ Non præsumitur animus occidendi etiam in armato: & ex genere armorum potest cognosci, quod quis animum occidendi non habuerit, ut puta si aliquis percusserit hasta cum ferro posset percutere, *Cravet. consil. 319. num. 6. vide Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 361. & Bart. in suo tractat. de præsumpt.*

Cap. IV. Quæ attendantur, Quæ fieri possint pro defensione, vel non.

Auxilium ad homicidium considerari non debet sine animo occidendi. *Cravet. consil. 309. num. 6.* ¶ Qualitas personæ attenditur, & cognoscendum, an dolo, vel culpa homicidium sit commissum. *Gramm. vot. 21. num. 16. & 17.* ¶ An liceat occidere pro defensione honoris, *vide Gram. decis. 98.* Et an pro defensione filii. *Cravet. consil. 309. num. 6.* ¶ Quando adversarii sunt aggressores, & insultantes armis, tunc quod fit per insultatos, dicitur fieri ad defensionem. *Cravet. consil. 309. num. fin.*

Cap. V. Qui puniantur, vel non.

Pœna homicidii ordinaria quandoque in extraordinariam commutari potest, puta ob benemerita delinquentis. Et nobilitas delinquentis quandoque minuit, quandoque auget pœnam. *And. Gail. observ. 11. 110. num. 41. lib. 2.* ¶ Homicida, qui ad sui defensionem occidisse fatetur, ex illa confessione punitur, rejecta illa qualitate, quod occiderit ad sui defensionem, sed pœna mitiori, non autem ordinaria. *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 279. & Hippol. singul. 185.* ¶ Si provocatus se defendendo excesserit modum legitimæ defensionis imputatur provocanti, & tunc tantum debet puniri de excessu. *Afflict. decis. 206.* Et de culpa. *Gram. decis. 5. num. 27.* ¶ Si fugitivus capiendus occidat sergentarium, (quem tamen talem ignorabat) per judicem commissum, vel contra, sergentarius occidat capiendum, quomodo ille sit puniendus, *vide Boer. decis. 170.* ¶ Vulneratus si vulnerantem fugientem occiderit, non debet mori, sed mitius puniri, quia factum propter iracundiæ furorem pœnam legis Corneliæ non meretur, sed mitius punitur. *Boer. decis. 168. num. 7. & seq.* ¶ Parricidium ex causa commissum, quomodo puniatur, *vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 356.* ¶ Pœna corporalis tunc imponitur pro delicto, quando dolo fuit commissum. *Gram. d. decis. 5. num. 29.* Sed culpa commissum punitur pœna arbitraria, aut relegationis quinquennalis, *idem decis. 98. num. 7. vide eundem, vot. 21. Boer. decis. 83. num. 9. Marant. in suo Spec. de ordine jud. part. 4. tit. an sit judicium civile, vel crimin. dist. 1. & Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 324.* ¶ Si alter rixantium percusserit, aut occiderit mediatorem casu, & contra, mediator percusserit ipsum, vel ipsos rixantes, quid juris, *vide Boer. decis. 83. & supra tit. ad l. Cornel. de sicar.* ¶ Occidens Titium pro Sejo, non punitur pœna ordinaria arbitrio Judicis, *Boer. decis. 84.* ¶ Homicidium si quis se defendendo commisisse fateatur, an debeat torqueri, vel condemnari. *vide Boer. decis. 164. Cravet. 309. num. 6. & infra titul. prox.*

Vel non.

Ludens publice ludo permisso, si socium occiderit, non punitur, *Menoch. de Arbitr. libr. 2. cas. 400.* ¶ Pro homicidio non imponitur pœna corporalis, quando multorum imminet strages. *Petr. de Raven. singul. 256.* ¶ Dolor justus facit, ut pœna ordinaria ex dolore causata temperari debeat in delictis. *Grammat. decision. 5.* Ubi sufe de mitigatione pœnæ homicidæ, quando ille vel alter de agnatione fuerat antea offensus. ¶ Pœna

na ordinaria in homicidio requirit dolum, ex quo dicto multa inferuntur: Primo homicidium commissum cum moderamine inculpatæ tutelæ, non esse punibile, ut si quis provocatus ad suam defensionem aggressorem occiderit, talis enim homicida non punitur, sed plene absolvi debet. *Andr. Gail. observat. 110. num. 8. libr. 2.* ¶ Secundo infertur, quod furiosus homicida non teneatur pœna ordinaria. *Gail. ibid. num. 10.* ¶ Tertio, quod homicidium commissum ab ebrio pariter non puniatur pœna ordinaria, cum distinctione tamen, de qua *ibid. num. 14.* Idem in homicidio commisso à dormiente, vel infante. *ibid. numer. 30. & 31.* ¶ Quarto iosertur, quod homicidium calore iracundiæ perpetratum, non puniatur pœna ordinaria, sed de qua iracundia intelligendum sit, *vide Gail. dict. observat. 110. num. 35. libr. 2.* ¶ Quinto infertur, quod committens homicidium casuale puniendus non sit, cum absit in eo dolus, maxime si rei licitæ operam dabat. *Gail. d. observ. 110. num. 38. cap. 9. 13. & seqq. ext. de homicid. volunt. vel casua.* ¶ Sexto infertur, quod si lictores maleficum armis resistentem occidant, non teneantur de homicidio, quia officii necessitas eos à dolo excusat & repugnantes maleficos de jure occidere possunt. *idem Gail. d. observ. 110. n. 40.*

Cap, VI. Morte, vel non.

Vulneratus, si post pacem moriatur, an censeatur de morte esse pactum. Et vulneratus si iterum vulneretur, & moriatur, secundo vulneranti est imputandum. *Boer. decis. 323.* ¶ Homicida licet puniri debeat pœna mortis, tamen est in potestate Judicis ipsum non condemoare ad mortem, si ex iracundia, vel dolore orto aliter quam ex facto offensi, homicidium commiserit. *Gram. decis. 5. num. 22. & decis. 98. num. 6.* Nam motus immenso dolore non dicitur esse in plenitudine intellectus. *Gram. d. decis. 98. numer. 4.* ¶ Delictum committens etiam ex injusta causa motus non tenetur ad pœnam mortis, ubi alias teneretur, & hoc ratione illius causæ. *Gram. d. decis. 5. num. 25. vide supra titul. prox.* ¶ Pœna ordinaria homicidii puniri non debet, qui confitetur commisisse homicidium casualiter, non ex proprio. *Cravet. consil. 2. num. 20.* ¶ Lapsus temporis decennii in homicidio alleviat pœnam & tunc delicti antiquitas facit, ut homicida non puniatur ad mortem. *Afflict. decis. 287.*

Cap. VII. Qui non teneantur de homicidio, vel alio delicto.

Offensus ab aliquo, qui postea aufugit, si re assumptis viribus currat post fugientem offendentem, & illum occidat, non tenetur de homicidio. *Felin. consil. 50. num. 21.* ¶ Criminosus non tenetur de homicidio sergentarii excedentis potestatem sibi concessam. *Boer. decis. 170. num. 2.* Sed dictum limitatur, *ut ibid. num. 3.* Aggressus ponens se retro alium ob id occisum, non tenetur si sine dolo hoc fecerit. *Boer. decis. 84.* ¶ Voluntas & propositum distinguunt maleficia: Ideo si alicui insultaverit baculo quendam animo, & intentione percutiendi, & illum sic percutiendo interfecerint, tales interfectores de occiso non tenentur; sed alia pœna, *Hippol. singul. 176.* ¶ Arborem Incidens non tenetur de homicidio, si arbor cadens occiderit aliquem sine ipsius culpa. *cap. hi qui arborem cum seq. distinct. 50.* ¶ Quando quis aliquibus vulneribus aliquem percutiendum mandavit, & si confessus fuerit tale mandatum, tamen non tenebitur de homicidio, licet percussus moriatur: quia mandatarii excesserint fines mandati, & tunc solum erit locus pœnæ extraordinariæ. *Dec. consil. 482. & 622.* ¶ Occidens aliquem ultra propositum, non tenetur de occiso, sed mitiori pœna debet puniri. *Gram. vot. 23. num. 13.* Nam homicidium commissum absque animo occidendi, non punitur pœna mortis, sed alia. *Dec. consil. 9.* Idem quando sumus in dubio, an occisus mortuus fuerit ex vulnere, vel alia causa, *vide eundem Dec. cons. 415.* Ubi plura pro defensione homicidæ. ¶ Vulneratus, si adhibuerit Medicum ignarum, & biberit vinum purum, & alia contra regulam medicinæ fecerit, dum vulnus esset in capite, facit, ut vulnerans non teneatur de morte ipsius vulnerati. *Gram. vot. 24. num. 11. Pet. Roy. decis. 1. Lstua. in decis. divers. Tom. 2.* Sed quid, si vulneratus non adhibuerit Chirurgicum, vel illi noluerit parere, *vide eundem Roy. d. decis. 1. num. 70.* Ubi scribit idem jus esse, *vide etiam Ant. Trigo. sing. 87.*

Cap. VIII. Miscellanea.

In culposo homicidio pater potest comparere in judicio criminali contra filium intentato, ad allegandam incompetentiam Judicis. *Mago. decis. 36. Luc.* Ubi de culposo homicidio. ¶ Statutum puniens homicidium intelligitur de doloso. *Menoch. de arbitr. libr. 2. cas. 324.* ¶ Dolus, & culpa imputantur provocanti, sed quis dicatur provocare, *vide Cravet. consil. 2. num. 12.* ¶ Maritus uxorem defendens, si aliquem occiderit, perinde est, ac si ipsum defenderet. *Boer. decis. 262. numer. 13.* ¶ Minans si est potens ad occidendum minatum, & sit solitus percutere, ita ut de illo verisimiliter timeri posset facit, ut minatus possit prævenire. *Gramm. decis. 5. num. 14. vide Boer. decis. 168. num. 12.* ¶ Minatus prævenire potest, quando manus esset in actu offendendi, & ibi præsens. *Gram. d. decis. 5. num. 17.* Nam insultatus non debet expectare, quod vulneretur ab insultante: sed potest ipse incipere. *Ibid. numer. 19.* ¶ De homicidio contra aliquem per alium perpetrato tanquam auxiliantem, non est inquirendum, nisi expresse dicatur, quod quis sciebat homicidium committendum, *vide Gram. decis. 25.*

TITULUS CCCXXXI.

De defensionibus pro excusatione confitentis delictum.

Cap. I. Qui sint effectus confessionis in delictis.

CONfessio criminis facta extra judicium non sufficit ad condemnationem, sed solum facit indicium ad torturam. *Bartol. in l. quoniam 5. ff. de his qui notant. infam.* ¶ Confitens delictum, sed ad sui defensionem, licet defensio non probetur, an sit absolvendus, *vide Bart. consil. 228. volum. 1. & supra tit. prox.* ¶ Confessio qualificata operatur, ut ad mortem quis condemnari non debeat, sed potius ut pœna mitigetur, *Ozasch. decis. 60. numer. 8.* Si aliter non constabat de delicto. *Capic. decis. 155. num. 11. Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 55.* Et datur exemplum in eo, qui confitetur fecisse delictum ad sui defensionem. *Gram. vot. 2. num. 38. & decis. 48. Joseph. Ludov. decis. 19. Luc. & Marant. in suo Specul. de ordin. judic. part. 6. titul. de confessione, num. 29.* Sed quid, si confessio fuisset facta virtute tormentorum, *vide Gram. decis. 56. & supra titul. de confession. facta in torment. vel virtut. tormento.* ¶ Talis confessio si per probationes ad defensam elidatur, non erit sufficiens ad condemnationem. *Gramm. decision. 56. vide tamen ibidem.* ¶ Quid prosit reo revocatio confessionis extortæ per torturam, *vide Gramm. decision. 72.* ¶ Si quis confiteatur se hominem occidisse, & non con-

constet quis homo fuerit occisus, ex tali confessione non potest damnari. *Guid. Papon. quaest. 339. & Cravet. consil. 211. num. 3.* ¶ An ex sola confessione, non constito de delicto, aliter quis possit condemnari, *vide Boer. decis. 164. numer. 10. & Clar. in sua Pract. & fin. quaest. 55.* ¶ Reus delictum sponte confitens, an debeat mitius puniri, *vide Clar. in d. §. fin. quaest. 60. in fine.* Et an talis confessio possit revocari, *vide ibid. quaest. 55. vers. quid si fuerit.* ¶ Si reus confiteatur delictum, sibi fide data per Judicem, quod haberet gratiam de delicto, non potest ex tali confessione condemnari. *Hippol. singul. 201. num. 4. vide Clar. d. quaest. 55.* ¶ Dicens quod occiderit se defendendo, nisi probet defensionem habetur pro confesso, vel nisi respondisset praemissa negatione, & conditione, quinquagesima prima. *Jass. Lanfr. Balb. decis. 380. vide Papon. libr. 24. titul. 8. arrest. 1. & supra titul. prox.* ¶ Confessio adulterii incidenter in inquisitione super furto facta, non praejudicat confitenti, ut puniatur eodem judicio, sed tantum prodest Fisco ad inquirendum alio judicio. *Afflict. decis. 176.* ¶ Non verisimilis confessio, non nocet confitenti. *Gramm. decis. 2. numer. 41.* ¶ Quis potest ex intervallo addere confessioni simpliciter factae (an tamen condemnationem) quod tale delictum fecit ad sui defensionem. *Boer. d. 164. num. 13.* ¶ Confessio delicti multas habet defensiones, & potest immediate revocari, de quibus defensionibus *vide per Magon. decis. 88. Rot. Flor.* ¶ Confitens crimen, & absolutus de facto, ammodo ex illa confessione non poterit condemnari: quoniam de delicto ejusdem hominis non debet amplius tractari. *Boer. decis. 289. num. 8.* Fallit quoad interesse partis. *ibid. num. 6. & 7.* ¶ Instrumentum concordiae producens, crimen fateri non videtur. *Franc. Marc. quaest. 233. part. 2.* ¶ Confitens delictum, si confessione fuerit condemnatus, probando de innocentia, ipsi subvenitur etiam post sententiam. *Gram. vot. 7.* ¶ De exceptionibus quae possunt adduci in criminalibus contra propriam confessionem factam tam in judicio, quam extra, *vide Clar. in sua Pract. §. fin. quaest. 55.* ¶ Sententia ultimi supplicii lata contra confessum, revocari debet ex eo, quod sine exhibitione in praesentia testium, nullo dato defensore sine copia indiciorum, fuerat lata. *Rot. Avenion. decis. 15. in decis. divers.* ¶ Confessio offensi, quando & quomodo ostendentem, & inquisitum relevat, *vide Hippol. singul. 122.* ¶ Quando minor adversus confessionem delicti restituatur, *vide Clar. dict. quaest. 55.* ¶ De materia *vide supra titul. de confession. in criminalib.*

TITULUS CCCXXXII.

De defensionibus reorum ratione aetatis, rusticitatis, & sexus fragilitatis.

Cap. I. Qui sint effectus minoritatis: Senectutis: Rusticitatis.

Minor aetas mulieris, & imprudentia praebent justam causam mitigandi poenas, *Ozas. decis 60. numer. 8.* ¶ Minoribus, & mulieribus adversus dolum praesumptum de futuro. *Ozasch. decis. 87. num. 2.* ¶ Minor delictum confitens in judicio sine curatore, in integrum restituendus est, si alleget, & dicet se laesum, *Afflict. decis. 208. Joseph. Ludov. decis. Luc. 17. vide Boer. decis. 63. num. 7. & 13.* ¶ Quando fatuitas excuset a poena, *vide Gram. decis. 2.* Minor in delictis restituitur adversus lapsum anni dati ad se purgundum, & ad recuperanda bona. *Boer. decis 63* ¶ Minor non restituitur adversus delictum, sed ut solum possit se purgare: quia in ipso delicto censetur major, nisi miseratio aetatis ad mediocrem poenam Judicem induxerit, *Boer. d. decis. 63. num. 6. vide Joseph. Lud. decis. 17. Luc. num. 28. 29. 30. 41. & seq. Gram. vot. 14.* ¶ Minoribus subvenitur in delictis in omittendo. *idem Joseph. ibid. num. 40. & 64.* ¶ Minor infantia in delictis omnino excusatur. *Joseph. Lud. ibid. num. 65. & 66.* Sed minor proximus pubertati delinquens mitius punitur: Fallit quando malitia supplet aetatem. *ibid. num 68.* ¶ Minor 25. ann. & major 14. doli capax, quando malitia supplet aetatem, potest ultimo supplicio damnari. *idem Joseph. d. decis. 17. num. 72.* ¶ Quod delicta aggraventur reiteratione procedit in delictis a majoribus commissis; non autem a minoribus. *Joseph. Ludov. decis. 17. num. 71. & 82.* ¶ Minor delinquens statuti poena puniri non solet, nisi doli capax, & pubertati proximus sit, quod procedit in delictis, quae agendo, vel faciendo committuntur; secus est in delictis commissis in omittendo, vel negligendo, in quibus non punitur. *Hippol. sing. 628.* ¶ Minoribus in levibus delictis magis subvenitur. *Gom. Leo. decis. 300. in decis. divers.* Et minus puniuntur minores, quam majores, *Roland. consil. 51. vol. 1. num. 42.* ¶ Judex an teneatur minorare poenam ratione minoris aetatis, vel hoc sit arbitrarium, considerata qualitate delicti, *Vincent. de Franc. decis. 230. part. 2. Manunt. in suo Specul. de ordine Judic. part. 4. titul. an sit judicium civile, distinct. 1. judic. num. 84. & Perillustr. D. I. Thessaur. decis. 161.* ¶ Processus formatus contra minorem viginti quinque annorum, nullo dato curatore, est ipso jure nullus. *Clar. in sua Pract. §. fin. quaest. 50.* ¶ Minor homicida etiam dolosus, non punitur poena mortis, nec alia corporali. *Roland. cons. 77. vol. 3.* ¶ Perjurus minor non punitur in delictis, quando judex illi detulit juramentum de veritate dicenda, *vide August. Bero. quaest. 134.* ¶ Minor 25. ann. qui in omittendo deliquit, conservatur illaesus a poena, & damno absque alia restitutione. *Fel. consil. 34. num. 9. Castren. in l. minoribus. Cod. de his, quibus, ut indig. & consil. 90.* Sed si delinquat in committendo, an illi succurratur, cum committat in legem, *vide Dec. in l. fin. C. de pact. Alciat. ibidem & Bartol. in l. §. nunciato. ff. de operis nov. nunc.* ¶ Confessio minoris facta sine curatore in delictis non valet, vel saltem adversus illam minor debet restitui. *Rol. cons. 51. vol. 1.*

Senectutis.

Senex minus punitur in delictis. *Ozas. decis. 123.* Et pro debito civili mitius detinendus. *Ozas. ibid. num. fin.* ¶ Poena ordinaria minuitur propter senectutem, & juventutem. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. casu 329. & Manunt. in suo Specul. parte 4. titul. an sit judic. civile, vel crimin. distinct. 1. num. 83.* ¶ Propter furorem, ebrietatem, vel justum dolorem, & excellentiam, hominis etiam poena ordinaria minuitur. *Manunt. part. 41. titul. an sit judic. civil. vel crimin. distinctio 83.*

Rusticitatis.

Rusticitate jura plurimum favent, tamen rusticitas non facit rusticos delinquentes omnino impunibiles, licet minus plectentur. *Magon. decis. 43. Luc. numer. 14.* ¶ Rusticitatis, & simplicitatis habetur ratio circa poenas, *Cravet consil. 18. num. 13.* Et illis regulariter est succurrendum. *Ozas. decis. 87.* ¶ Rusticitas & ignorantia aliquando excusant. *Bart. in l. si quis id quod. §. fervi ff. de jurisd. omn. judic.* ¶ Fere in omnibus poenalibus judiciis aetati & imprudentiae succurritur. *leg 109. ff. de reg. jur. vide exempla, ibidem in gloss.*

TITU-

TITULUS CCCXXXIII.

De defenſionibus in delictis, quæ fiunt ordine, vel mandato alterius.

Cap. I. Laborans: Mandans: mandatarius: dominus: ad quæ teneatur in delicto.

Licet non habeamus jus faciendi aliquid in re tua, tamen aſſerens hanc meam eſſe, & mittam operarios, ut ibidem aliquid faciant, non ob id illi debent puniri, dummodo ſint in bona fide, & actus de ſui natura non ſit illicitua. *Caſtr. in l. refectionis. ff. commun. prædio. in fine*: Sed ego mandans debeo inquiri, & puniri. *Fel. conſ. 24.* Quia operarii excuſantur, quando aliquid faciunt de mandato conducentis: concluſio tamen limitatur plutibus in caſibus, de quibus *vide per Joſeph. Ludov. in deciſion. Peruſ. 103. Jaff. Lanf. Balb. deeiſ. 91. Magon. deeiſ. 155. Rot. Floren. & Bartol. in l. 24. §. ſignum. ff. de rei vendic.* ¶ Laboratores incidentes ligna in nemore meo de mandato alterius, non incidunt in pœnam ſtatuti deturbata poſſeſſione, niſi ſciviſſent rem eſſe meam. *Rol. conſ. 54. vol. 1.* ¶ Unus non tenetur pro delicto alterius tanquam auxiliator, niſi præceſſerit tractatus de conveniendo ſimul ad illud maleficium committendum. *Grammat. deciſ. 25. num. fin.*

Mandans, Mandatarius.

Mandans ex mandato non tenetur, ſi mandatarius illud exequutua non fuerit: quia attendi debet executio, & non ſuſceptio mandati, alias ſi teneretur ex ſolo mandato, ſequeretur, quod non poſſit revocari mandatum contra juris regulas. *Grammat. deciſ. 38.* Nam mandans, ſi re integra, revocaverit mandatum, non amplius tenebitur ex delicto inde facto virtute præcedentis mandati revocat. *Gramm. ibidem.* ¶ In delictis non attrocioribus, ubi fuiſſet aliquid mandatum alicui, effectu non conſummato, mandatarius non erit in pœna, *Gramm. vot. 6. num. 25.* ¶ Ceſſat delictum in acceſſorio, ubi principalia non deliquit: ideo, ſi mandana excuſatur, & mandatarius excuſari debet. *Crav. conſ. 319. num. 12.* ¶ Mandatum Principis, ſeu tyranni, Magiſtratus, Domini, & patris, an excuſet delinquentes mandatarios, *Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 354.* ¶ Mandatarius ſi erat alias omnino facturus maleficium, mandans de illo non tenetur, ſed tantum tanquam inſtigator, & perſuadens: verum an in dubio mandatarius præſumatur, quod erat alias facturus maleficium, *vide Matth. Matheſ. ſingul. 96.* ¶ Quando defenſiones factæ pro reo, proſint mandatori, *Bartol. in l. 1. §. ſi quis ultro. ff. de quæſtion.* ¶ Quando mandatarius rem, quam agit, mandato alterius non putat eſſe delictum, excuſatur à pœna, licet mandans puniatur. *Guid. Papon. quæſt. 423. num. 2. in fine.* ¶ Mandatatius excuſatur, quando mandatur id, quod eſt de genere permiſſorum. *Roland. conſil. 54. num. 7. volum. 1.* ¶ Mandato generali non venit, ut Procurator poſſit præjudicare domino circa pœnalia. *Bartol. in l. ſi quis tertio', §. ſi procurator. ff. quod quiſque juris* ¶ Statutum puniens aliquid facientem, non extenditur ad mandantem fieri. *Grammat. vot. 5. num. 6.*

Dominus.

De defenſionibus, quæ poſſunt adduci pro domino qui inculpabatur mandaſſe famulo, ut committeret homicidium, vel aliter delinqueret, *vide Marc. quæſt. 423.* ¶ Dominus ex famuli delicto non tenetur, niſi conſtiterit de mandato, *idem Marc. d. quæſt. 423. num. 10.* Sed quid, ſi famulus in officio deliquerit, *vide ibidem num. 13. & quæſt. 424.* ¶ Duo requiruntur, ut quis de maleficio teneatur per ratihabitionem. *vide Bart. in l. 1. §. ſed ſi ff. de vi armat.* ¶ Milea, qui erat præſens maleficio, jubente Caporali perpetrato, non condemnatur inſolidum. *Rot. Aven. deciſ. 74. in deciſion. diverſo.*

TITULUS CCCXXXIV.

De defenſionibus reorum ratione ignorantiæ juris, vel facti.

Cap. I. Ignorantia: Qui ſint effectus in delictis.

In delictis ignorantia juris civilis quandoque toleratur: ſecua in ignorantia juris naturalis, vel quaſi. *Azoſ. in ſumma tit. C. de pœni.* ubi ſcribuntur exempla, *vide Bart. in l. poteſt 36. ff. de uſucapio.* ¶ Ignorantia non punitur, ſed quando liceat allegare ignorantiam, *vide Bartol. in l. genero. ff. de his, qui notan. infam.* ¶ Ignorantia multum operatur ad delicti excuſationem. *Afflict. deciſ. 290. num. 4.* ¶ De illo, qui ignorabat proclamata facta in Civitate, quibus impetrabatur, ut quilibet habens grana intra certum tempua conſignare debuiſſet, & an incurrat ad pœnam, ſi non conſignaverit, *vide Ozaſ. deciſ. 71. & Francisc. Marc. quæſt. 63. & 165.* ¶ Bannum ignorantea non ligat, & dicuntur ignorantea, qui erant abſentea tempore banni. *Afflict. deciſion. 290.* ¶ Statuta pœnalia in his, quæ non ſunt de jure communi prohibita, non ligant ignorantes, & in dubio ignorantia præſumi debet, ubi ſcientia non probatur. *Mag. d. deciſ. 49.* Et excuſat à pœna, *Gail. obſerv. 48. libr. 2. vide ſupra tit. de ſtatut. pœnal.* ¶ Ignorantia juria particularis in delicti excuſat minores, *Gom. Leo. deciſion 30. in deciſion. diverſo.* ¶ Mitius agitur cum ignorante jus poſitivum, quam cum ignorante jus naturale, *cap. cum illorum 32. ext. de ſentent. excommun.*

Cap. II. Qui ſint effectus ſcientiæ.

Receptantes rebelles, vel bannitos ita demum puniuntur, modo ſciverint eos eſſe rebelles. *Bartol. in l. 1. C. de deſerto. & occulta. lib. 12.* ¶ Infirmus, vel abſena à Civitate qui eſt, non præſumitur ſcire illud, de quo eſt publica fama in Civitate. *Bartol. in l. 13. poteſt, 18. num. 17. ff. de acquir. hæred.* ¶ Scientia in facto proprio multum antiquo, vel intricato non præſumitur. *Bartol. in l. ſi res 60. de leg. 1.* ¶ Si publico decreto caveatur nemini licere ſub certa pœna forenſi oleum vendere, vendens forenſi afferenti habitare in Civitate, non punitur, niſi Fiſcus probet vendentem ſciviſſe emptorem eſſe forenſem: nam ignorantia in delictis præſumitur. *Magon. deciſion. Luc. 49.* ¶ Scientia eſt de ſubſtantia delicti in omittendo; ideo probanda eſt. *Ozaſ. 71. num. 38.* ¶ Præſentia poteſt eſſe ſine intelligentia, *l. diem 31. §. comm. ff. de recept. Arbitr. & ibid. Bartol.* ¶ Proclamata non ſervata non ligant. *Rebuff. in conſtitution. Reg. in proœmio gloſſ. 5. num. 16.* ¶ Vide de materia, *ſupra titul. de juris, & fact. ignor.*

TITULUS CCCXXXV.

De defensionibus Universitatis inquisita ratione delicti.

Cap. I. Universitas ad quæ teneatur, vel non.

Villa, quæ non denunciavit maleficium intra tempus statutum excusatur, si interim alius accusaverit, vel Judex inquisiverit. *Bartol. in l. 1. §. eleganter. ff. de liber. agnosc.* ¶ Pœna quando minuatur, vel augeatur propter multitudinem, & an Universitas possit delinquere, & qualiter puniatur, *vide Bartol. in l. aut facta 16 §. nonnunquam. ff. pœnis, & infra libr. 2. titul. quod cujusque Universitatis nomine.* ¶ Decreta, sede statuta, quibus cavebatur alterum pro alterius delicto obligari, restringi debent, ut intelligantur, quando aliqua culpa, vel negligentia potest imputari illi, qui pro altero obligatur. *Ozasc. decis. 88. num. 5.* ¶ Universitas non tenetur pro delicto de nocte ab aliquo de Universitate patrato, licet statuto caveatur, quod delicto alicujus ipsa Universitas teneretur: *Ozasc. d. decis. 88. num. 11. & 23.* Nam stante statuto, quod villæ teneantur sua territoria custodire & damna emendare, non tenetur villa de damno de nocte dato, aut in gentium multitudine. *Ozasc. decision. 128. num. fin.* ¶ Statuta, & consuetudines, quibus disponitur municipia teneri resarcire damna data in ipsorum finibus, non debent intelligi quando habetur notitia à quo fuerit damnum illatum, & qui sit solvendo: nam tunc alter alterius dolo prægravari non debet. *Ozasc. decision. 88. num. 31.* ¶ Universitas ad hoc ut dicatur delinquere, quæ requirantur: & ratione multitudinis Populi, detrahitur severitati delicti. *Marc. quæst. 776. part. 1.* Et propter Populum multum crimen pertransit inultum, *cap. 4. ext. de cleric. excommun.* ¶ Syndici terrarum, an malefactores capere teneantur, vel denunciare, *vide Franc. Marc. quæst. 765. part. 2.* ¶ Error juris excusat universitatem, quæ minori æquiparatur, *Cravet. cons. 4. num. 26.*

TITULUS CCCXXXVI.

De Judæis, & pertinentibus ad illos.

Cap. I. Qualis sit.

An judæi sint expellendi à civitate. *Roland. consil. 25. tom. 3.* ¶ Societas, an cadat in Judæum, *vide Cors. in suis singul. item S. singul. societas.* ¶ Immunitas hominibus certi loci concessa, etiam Judæis ibidem habitantibus concessa censetur. *Hippol. singularib. 540.*

Cap. II. Quæ facere possit, vel non.

Judæi possunt esse arbitri, & arbitratores, & amicabiles compositores. *Bartol. cons. 16. volum. 2.* ¶ Judæus factus Christianus potest omnia juste quæsita retinere. *Borg. Caval. decis. 21. de contract. part. 2. num. 2.* ¶ Judæi filii facti Christiani debent succedere in dote, & bonis matris, & patris infidelis. *Borg. ibidem num. 4.* ¶ Filius Judæus factus Christianus potest in vita petere à patre, & matre suam legitimam. *ibidem num. 11.* ¶ Judæi possunt audire Prædicatores, non autem Divina officia, *ibidem num. 18. Borg. decision. 21.* ¶ Judæi quale juramentum præstare debeant, *vide Mynsing. observ. 20. cent. 6.* ¶ Puer Judæus novem, vel decem annorum, an possit petere se baptizari, invitis parentibus, *vide Natt. cons. 434. & Afflict. decis. 151. Paris. cons. 2. vol. 4. Calder. cons. 3. tit. de judæis.* ¶ Judæi possunt habere bona, & dominia rerum suarum, *Natt. d. cons. 434. num. 4.* ¶ Judæi etiam admittuntur ad cessionem bonorum, *idem Natt. cons. 610.* Et possunt testari, & valent eorum testamenta facta coram duobus, aut tribus testibus. *Idem Natt. consil. 621.*

Vel non.

Judæus ad officia publica admitti prohibetur, ideo non potest esse Doctor, neque Tabellio: idem in Judæo noviter facto Christiano. *Lud. Roman. singul. 679.* ¶ Contra sponsam non permittitur Judæo dari libellum repudii. *Rot. Aven. decis. 57. in decis. divers. Tom. 3.* ¶ Judæi prohibentur exercere artes Christianorum, excepta strasaria arte illis permissa. *Rot. Aven. decis. 75. ibid.* ¶ Judæus adversus Christianum testis idoneus non est: ideo nec in totum juramentum, nec in probationis supplementum, eidem adversus Christianum deferri debet. *Hippol. sing. 41.*

Cap. III. Quando puniatur, vel non.

Baptizatus judæus reversus ad judaismum, ut hæreticus puniendus est. *Afflict. decis. 151. n. fin.* ¶ Qualiter debeant puniri Judæi consulentes Judæo facto Christiano de redeundo ad Judaismum, *vide Jo. Gal. quæst. 318. in decis. diversis.* ¶ An habens rem cum Judæa, comburi debeat, *vide ibidem quæstion. 387.* ¶ Judæus cognoscens carnaliter Christianam in velamine matrimonii, pœna mortis punitur: idem si commiserit adulterium cum Christiana, sed quid, si cognoverit aliam Christianam non nuptam, *vide Menoch. de Arbit. libr. 2. cas. 290. & Roland. consil. 35. volum. 2.* ¶ Juramentum obligat Judæos, sicut Christianos. *Abb. cons. 39. vide tamen Fel. cons. 30.* Ubi multa scribuntur pertinentia ad Judæos, *& Bartol. in tit. C. de Judæis per tot. tit. ex. eo. & in antiq. constit. Sabaudiæ lib. 1. fol. 5. ubi.* ¶ Judæus blasphemans qualiter sit puniendus, & per quem judicem, & ex quibus blasphemia arguatur, *vide Perillust. D. P. Thessau. decision. 241.*

Vel non.

Judæi non possunt cogi ad se baptizandum, quando sunt adulti, nec eis fieri violentia potest, neque bona possunt auferri, ut ad fidem Christi convertantur. *Borg. d. decis. 21. num. 12. Paris. cons. 2. vol. 4.* ¶ Judæi quibus ex statuto, vel privilegio sub usuris pecuniam in rem furtivam mutare licet, nec teneantur rem vero domino restituere, nisi restituta cum usuris pecunia ab eis data, non gaudent tali privilegio, si sciant rem esse alienam, vel furtivam. *Hippol. sing. 13.* ¶ Judæus convertens se ad fidem Saracenorum, non venit aliqua pœna puniendus. *Lud. Rom. sing. 687.*

Cap. IV. Miscellanea.

Lex Moysis, quando sit servanda inter Hebræos. *Jo. Petr. Surd. decision. 133.* ¶ Judæis, vel paganis nulla potest fieri violentia. *Bartol. in l. 1. C. de pagan. Ozasc. in sua disputatione, an Principi Christiano fas sit, num. 18. & Afflict. decis. 151.* ¶ Cum judæis non licet manducare, neque habitare nec ab ipsis medicamenta accipere, *cap. nullus, & seq. 28. quæstion. 1.* ¶ Juramentum judæi, quale esse debeat, *vide Mart. cap. 7. tit. de jurament. calum. lib. 1.*

TITULUS CCCXXXVII.

De argumentis.

Generalia.

De argumento à cessante ratione legis, quædam singularia.

singularia *And. Fach. lib. 10. contr. c. 76.* ¶ De multis argumentis diversis. *Marc. de Mant. sing. 480.*

Cap. I. Argumentum, quando sumi possit, vel non.

An argumentum à contrario sensu sumatur, quando in sensu contrario est eadem ratio, quæ est in directo, *vide Gravet. cons. 39. num. 7.* ¶ Licitum est arguere de contractibus ad ultimas voluntates. *l. fin. C. de leg.* Et contra, quod procedit, quando est eadem ratio; alias secus. *l. 46. §. cum, qui de lega. l. §. l. Instit. de lege Fus. canin. tolle. & §. pecul. de legat. l.* ¶ Arguere de re ad personam possumus. *Bartol. cons. 10. num. fin.* Et de re ad tempus. *§. fidejuss. Instit. de fidejuss.* ¶ Arguere à sufficienti partium enumeratione possumus. *Bartol. in l. patre 8. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni jur. §. l. & §. tut. Instit. de oblig. quæ ex quasi contrac. nasc.* ¶ A veteri proverbio senium, ac etiam rusticorum, argumentum plerumque sumitur. *Marc. de Mant. sing. 301.* ¶ A lege correcta potest argumentum sumi, si sit in corpore juris inclusa; alias secus. *Bart. in l. unic. C. de lati. libert. tollen.*

Vel non.

Argumentum à contrario sensu non sumitur contra accusatum, ubi delictum colligeretur, vel à dictis testium. *Rot. Avenio. decision. 36. in decis. diversf. Tom. 3.* ¶ Verbum, quod non respicit finalem causam, non inducit argumentum à contrario sensu, *l. conventiculam. C. de episcop. & cleric.* ¶ Ex diversis non arguitur, *l. Papinia. 21. ff. de minorib.* ¶ Ex negativa dispositione nulla sequitur affirmativa, nec sumitur argumentum à contrario sensu contra negative respondentem. *Ozasc. decis. 178.* ¶ Argumentum à contrario sensu nunquam sumitur, quando ita sumendo inducta ad unum finem, operarentur contrarium. *Ozasc. d. decis. 7. num. 11. & Cravec. cons. 39. num. 8.* ¶ Argumentum à contrario sensu sumi non potest, quando resultat sensus contrarius rationi alterius legis. *Ozasc. decision. 46. num. 15.* Minus ad correctionem juris communis, quando in sensu directo operari potest. *Crav. d. cons. 39.* ¶ Argumentum à contrario sensu non eliditur ex decisionibus Doctorum. *Joseph. Ludov. decision. Luc. 53. num. 55.* ¶ Tale argumentum desumi non potest, ubi verba sunt negative concepta: quia inducta ad negationem, non debent operari contrarium effectum. *Ozasc. decis. 79. num. 28.*

Cap. II. Quando habeat locum, vel non.

Argumentum à contrario sensu in statutis habet locum, nisi per illud statutum statuentes in pœnam inciderent. *Lud. Roman. singul. 107. & Ant. Cors. in suis singul. 5. titul. l.* ¶ Quando habeat locum hoc arg. *vide Gasp. Cabal. milleloq. 53. & Francisc. Mant. de conject. ult. vol. libr. 3. titul. 15.* ¶ Ipsum argumentum quemadmodum in ultimis voluntatibus locum habeat, *vide Franc. Mant. de conject. ultim. vol. lib. 3. titul. 17. & Raud. tract. de Anal. c. 37. num. 115.*

Vel non.

In decreto judicis non habet locum argumentum de majori ad minus. *Lud. Rom. sing. 217.* ¶ Argumentum ab etymologia vocabuli, non habet locum in nominibus propriis. *Bartol. in rub. ff. sol. mat. num. 5.*

Cap. III. Quando procedat, vel non.

Procedit etiam argumentum de filiosam. ad servum, & contra. *§. fin autem, Instit. de stipul. servor.* ¶ Argumentum de lege ad pactum admittitur. *Bartol. in l. alia 15. §. eleganter. ff. sol. matr.* ¶ Argumentum à communi usu loquendi procedit. *Bartol. in l. l. §. hic tit. ff. de public. & vectig.* ¶ Argumentum de pacto ad statutum, vel consuetudinem, quomodo procedat, *vide Bartol. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, & in l. omnes populi, num. 26. ff. de just. & jur. num. 61.* ¶ Argumentum de contractibus ad statuta non procedit; quia in contractibus attenditur mens, in statutis verba. *Bartol. in l. Cæsar, num. 18. in repet. ff. de publ. & vectig.*

Cap. IV. Quibus modis valeat, vel non.

An argumentum de pacto ad statutum valeat. *Rul. cons. 109. num. 19. vol 4.* ¶ Argumentum ab auctoritate valet. *Bart. in l. l. num. 19. ff. si. cert. pet.* ¶ Valet argumentum de persona ad locum, *l. 2. ff. ne quis eum, qui in jus vocat.* Et ad tempus. *l. miles ita. ff. de milita. testam.* Sicut de tempore ad res, & de tempore ad locum; *Bartol. in l. 38. ff. de vulgari.* Quando est eadem ratio; secus si diversa, *§. ad certum, Instit. qui testam. facer. possunt.* ¶ Argumentum ab evitando absurdo validissimum est: cum à ratione, & judicio naturali desumatur. *Ozasc. decision. 107. num. 3. Guid. Papon. singul. 390. facit. §. si quis in aliena, Instit. de rer. divisio.* ¶ Argumentum à rebus ad tempus valet. *Ozasc. decis. 111. n. 13.* ¶ Argumentum ab eo, quod natura non permittit, & à verisimili est validum. *Ozasc. dec. 117. num. 8.* Sed quando, *vide Franc. Mant. de conject. ult. volum. libr. 3. tit. 19.* ¶ Argumentum à majoritate rationis in jure validum. *Ozasc. in sua disputatione, an Principi Christiano fas sit, num. 3.* ¶ Argumentum ab oppositis, vel à contrariis in jure munitissimum. *ibidem num. 4.* ¶ Argumentum sumptum à fine virtutis in jure firmissimum est. *num. 6. ibidem.* ¶ Argumentum ab effectu de jure suffultum. *ibidem num. 5.* ¶ Argumentum à communiter accidentibus in civilibus, & criminalibus adeo validum est, ut locus à communiter accidentibus indicium faciat indubitatum. *Hippol. sing. 1.* ¶ Validum est argumentum de matrimonio carnali ad matrimonium Spirituale, *vide exempla per Hippol. sing. 215.* ¶ Argumentum de contractibus ad delicta valet, intellige tamen quoad formam; non quoad pœnam, *Marc. de Mant. singul. 28. vide gloss. in l. heres absens. ff. de jud.* ¶ Argumentum sumptum à speciali loco est validum in jure, *l. 1. §. qui ex duobus. vers. nisi forte. ff. ad municipal.* ¶ Valet argumentum ab inconvenienti, *§. 1. Inst. de leg fus. can. tolle.* ¶ Argumentum valet de mutuo ad indebitum. *§. is quoque Instit. quib. modis re contrah. oblig.* ¶ Arg. de toto ad partem, & contra, frequens est, & probabile, quod intelligendum est, si eadem sit non totius, & partis: fallit tamen in jure accresc. *Marc. de Mant. singul. 415.* ¶ Arg. de loco ad tempus valet. *idem Marc. de Maut. sing. 300. Bart. in l. 2. num. 7. ff. de jud.* Et contra. *Bart. in l. vinum. ff. si cer. pet. vide eundem, quast. 15. num. 4. facit l. fin. ff. de condit. triti.* ¶ Arg. de contractibus ad quasi contractus, & indicia validum in jure reputatur, *Ozasc. decis. 65. num. 8.* Et de sententia, & judiciis, ad ultimam voluntatem. *Bartol. in l. 3. §. idem ff. de pec. & in l. 20. §. eum, qui. ff. de testam.* ¶ Argumentum à solitis in jure est validum. *idem Ozasc. decis. 69. num. 11.* Et à verisimili, & communiter accidentibus. *Rot. Genuen. decision. 6. & Dec. consil. 279. & 280.* ¶ Arg. ab ultimis voluntatibus ad contractus validum. *Ozasc. decis. 85. num. 11. Joseph. Lud. decis. 29. num. 3.* Sed quando valeat desumptum à contractibus ad ult.

ult. volun. *vide Franc. Mant. de conject. ult. vol. lib. 3. titul. 18.* Ubi eſt eadem ratio. *Bartol. in l. 19. ff. com. mun. prædio.* ¶ Argumentum hoc in ſententiis fortiſſimum eſt. *Ozaſ. deciſ. 65. num. 11. vide eundem, deciſ. 145. num. 10.* ¶ Valet argumentum à correlativis, *l. fin. ff. de acceptilatio. l. fin. ff. de indict. viduit. tollen.* Quando eſt eadem ratio; alias ſecus. *§. patitur, inſt. de injuriis.* ¶ Argumentum à contrario ſenſu validum in contractibus, ſed quando, *Ozaſ. deciſ. 85. num. 4. & 14. Afflict. deciſ. 202. & 290. Bart. in l. 1. C. de agricol. & cenſit. lib. 10.*

Vel non.

Non valet argumentum ſumptum ex verbis Legiſlatoris, quæ facti narrationem continent. *Dec. num. 9. Jaſ. num. 22. & Alc. numer. 42. in l. unica. C. quando non petentium partes peten. accreſ.* ¶ Argumentum de lege ad reſcriptum non valere, *ſcribit Marc. de Mant. ſingul. 114.*

Cap. V. De Argumento à ſimili.

In criminalibus proceditur ad inſtar privatorum judiciorum, in delictis tamen intra relegationem, *vide Hieron. Magon. deciſion. Luc. 58.* Nam delicta, & contractus regulariter æquiparantur, *vide Franciſc. Marc. quæſt. 400. & 401. & Marc. de Mant. ſingul. 116.* in his, in quibus eſt eadem ratio. *Bart. in l. 19. §. ſi quis. ff. de jud.* ¶ Minor, Eccleſia, Fiſcus, & Univerſitas æquiparantur in aliquibus. *Cravet. conſil. 204. num. 24. Jaſ. de actio. in §. ſequens, verſ. ex maleficiis, num. 32. 34. & 36.* Ideo Fiſci cauſam cum cauſa Eccleſiæ à pari procedere, *ſcribit Menoch. de Arbitra. libr. 2. caſ. 55. vide gloſſ. in cap. 2. ext. de jurejur.* ¶ Qui caſus dicantur ſimiles, ut inde arg. à ſimili deducitur, *vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. caſ. 84.* Quæ veriſimilia, & non veriſimilia dicantur, *ibidem, caſ. 85.* ¶ Argumentum ab effectu adeo efficax, ut ſimile dicatur, *Marc. de Mant. ſingul. 523.* ¶ Delicta, & contractus æquiparantur in his, in quibus eſt eadem ratio. *Bartol. in l. 19. §. ſi quis. ff. de judic.* ¶ In judiciis æqualitas eſt ſervanda, *l. fin. C. de fruct. & lit. expen.* ¶ Contrariorum eadem eſt diſciplina, *§. pen. auth. ut non fiant pignorationes.* ¶ Connexorum idem eſt judicium, *cap. 3. ext. de conſtitutio.*

FINIS PRAXIS CRIMINALIS, ET PARTIS SECUNDÆ.

